

John Carter Brown
Library
Brown University

The John Carter Brown Library
Brown University
Purchased from the
Louisa D. Sharpe Metcalf Fund

Raríssima 1.ª edição latina em Lisboa

Leitão Azevedo - Samodães,
1921, n.º 541 ---- -- 110$00
(110$00)

5e - 276

LVSIADVM
LIBRI DECEM.

AVTHORE DOMINO FRA-
tre Thoma de Faria, Epiſcopo Targenſi,
Regioque conſiliario, Ordinis Virginis
Mariæ de Monte Carmeli, Doctore
Theologo, Vlyſſiponenſi.



Cum facultate Superiorum.

VLYSSIPONE.
Ex officina Gerardi de Vinea, Anno 1622.

Licenças.

VI eſta hiſtoria do deſcobrimẽto da India em verſo, não tem couſa que encontre noſſa ſanta fè ou bons cuſtumes; antes he poeſia que pode ajudar aos humaniſtas, pelo que pode imprimirſe. Lixboa neſta caſa de S. Roque da Companhia de I E S V. 6. de Ianeiro de 1622.

D. Iorge Cabral.

VIſta a informaçam podeſe imprimir eſta hiſtoria do deſcobrimento da india, & depois de impreſſa torne pera ſer conferida com o original pera ſe dar licença para correrẽ, & ſem ella não correrà. Lixboa aos 11. de Ianeiro de 1622.

Antonio Dias Cardoſo.

Gaſpar Pereira.

Franciſco de Gouuea.

POdeſe imprimir eſta hiſtoria de deſcobrimento da India. Lixboa 14. de Ianeiro de 1622.

Damião Viegas.

QVe ſe poſſa imprimir eſte liuro viſtas as licẽças do ſanto Officio, & Ordinario que offerece, & depois de impreſſo torne para ſe taixar, & ſem iſſo não correrà a 20. de Agoſto de 1622.

Moniz. *Ignacio Ferreira.*
Moniz.

O de nouo impreſſo em tudo concorda com eſte o riginal. Em ſanto Eloy de Lixboa em 24. de Setembro de 622.

O Doutor Vicente da Reſurreição.

Taixaſe eſte liuro em doze vintẽs em papel. E Lisboa a 24. de Setembro de 622.

Moniz. *Ignacio Ferreira.*
Ignacio Caldeira de Brito. *Dinis de Mello.*

Errata ſic corrige.

LIb. 1. verſ. 238. ſit leg. ſic.
Lib. 1. verſ. 413. ſicæ leg. ſiccæ.
Lib. 2. verſ. 96. adore leg. odore.
Lib. 2. verſ. ttiumphos leg. triumphos.
Lib. 2. verſ. 411. Sathicus leg. Scithicus.
Lib. 2. verſ. 846. Troſtratus leg. Horoſtratus
Lib. 5. verſ. 148. contortem leg. conſortem.
Lib. 5. verſ. 168. claroris leg. clamoribus.
Lib. 5 verſ. 512. datet leg. daret.
Lib. 5. verſ. 709. caturnis leg. cuthurnis.
Lib. 6. verſ. 32. cupil leg. cupit.
Lib. 6. verſ. 187. æpora leg. æquora.
Lib. 6. verſ. 395. dicſedit leg. diſcedit.
Lib. 6. verſ. 899. mortis leg. montis.
Lib. 6. verſ. 478. momorant leg. memorant.
Lib. 6. verſ. 488. voluere leg. vulnere.
Lib. 6. verſ. 500. cæplorant leg. explorant.
Lib. 6. verſ. 572. naiſtran leg. noſtram.
Lib. 8. verſ. 302. obſidia leg. obſidia.
Lib. 10. verſ. 511. ſanquine leg. ſanguine.
Fol. 147. verſ. redeceren leg. reducerent, Ibidem Regionem leg. Regiones. Fol. 154. verſ. ſuperbas leg. ſuperbis. 147. arti leg. artis. 149. Nabaſtæxa leg. Nabatheæ. 153. Meotum leg. Meotim. 170. Acyla leg. Abyla.

INCLITO, IN-
VICTO, AC ILLVSTRI

Portugalliæ Regno proſperitatem maximam exopto.

CVM mecum famam, qua olim, o fortunatiſsimũ Regnum, in toto terrarum orbe floruiſti, infælicemque ſtatum, ad quem ob tua maxima flagitia, quinquaginta ante annos deueniſti, perpẽderem, magnumque inde animi mærorem conciperem, vt mihi eſſet ſolamini, animum ad antiquiora Luſitanorum facta, quæ alij pedeſtri oratione conſcripſerunt, carminibus

ibus heroicis, quæ nõ niſi de re ſeria ac graui agunt, commendanda appli caui, cumque noſtras, quæ ſemper au xilium præſtiterunt, conueniſſem Muſas, ſane triſtes, ac nimio mæro re confectæ obuiæ fuerunt, & quaſi Aganippedis aquæ ad Luſitanorum laudes decantandas deſiderarentur; quod cum mihi imputatum eſſe exiſtimarem, (ſunt enim illæ iuuenili ætati maxime additæ, ſenilemq; omnino effugiunt) nunciarunt triſtitiã non ex hoc fonte proficiſci, ſed quia ita attritum, deſpectumque Luſitanorum nomẽ appareat, vt nihil, quod de eis Muſæ decantare poſsint, ſuperſit, idcirco excitandos eſſe exemplis maiorum, vt cum non deſint vi-

 tia

tia, vires non deſiderentur. Mar[s]
namque Mercurium non nouit, &
Venerem, ſi in fabulis amplectitur
reuera reſpuit, cum enim ſuperfluu[m]
vitia, vires omnino deficiunt. Ei[a]
igitur, Regnum quondam opulentiſ-
ſimum, ac fælicisſimum, quod alum[nos]
nos Marte fortiores, Neptuno ſu-
periores, Ioue potentiores procreaſti
animum eleua, oculos aperi, vt i[n]
quo iaceas, ſqualorem conſpicias, &
famam, quam olim adeptũ fuiſti, re-
cuperes: et ſi exempla ad maxima fa-
cinora aggredienda, & perpatranda
plurimum conferunt, hic tibi metric[e]
multi tui filij proponũtur, quos fam[a]
ad cælos vſque euexit, quorum no-
mina nulla obruet ætas, nulla tempo-

ri

ris inter capedine extinguẽtur: animus carmine ſilæſcatur, affert namq; ſapientibus voluptatem, factis tuorũ etiam ad huiuſcemodi committenda præparetur, nec torpeſcat, ſed erigatur: Sunt Turcæ hoſtes, quos multoties debellaſti, ſunt Mauri, de quibus mille victorias reportaſti, ſunt gentes, de quibus quam plurimos triumphos erexiſti, ſunt nominis Chriſti infenſi, quos tuæ ditioni iam ſubiugaſti, mercaturæ operam nauare iam deſine, arripe arma, ac virtutem, vt fama, nomenque tuum reuiuiſcat, & maiorum tuorum facta æmulans in magnũ populi tui Luſitani ornamentum, & ſacratiſſimæ Chriſti fidei dilatationem accreſcas, & ſi hæc tibi

placuerint

placuerint verſibus decantata, promitto & quæ feceris, & quæ iam alij fecerunt, elegantiſsimis carminibus, quantum in me fuerit, proſecuturum. Deus, vt mea poſtulant vota, nomen tuum exaltet, & fidem, & virtutem, vt fide, & virtutibus ornatum omnibus ſis nationibus admirationi, largiatur.



Ad

Ad Lectorem.

BEneuole, ac pie Lector iam te obijcientem video, & obiectionem præoccupo, cui enim rationi conſentaneũ videbatur, quod homo iam grãdæuus, & in dignitate Epiſcopali conſtitutus ad componenda carmina animum applicarit? quod iuuenibus ſolum in ſchola, & viris minoris notæ conſonare iudicetur. Verum id facili negotio interimitur; quid ſi mille viros ætate confectos in animi delectamentũ Muſis traditos ante oculos tibi proponam? quid ſi Imperatores grauitate maxima cõdecoratos, Catoneſque multos, qui carminibus operam nauauere, tibi referam? Euolue annales, & vitas Imperatorum, reperieſque hoc ita eſſe certum, vt nihil certius. Reperieſq; etiam ſolũ illos, qui noctuas ingenijs imitantur, vel qui ad ludos alearum, quibus

totam

totam ſuam rem familiarem conſumunt, idoneos diram notam Poetis, Muſiiſq; inuſiſſe, cum tamen illæ non niſi acutiſsimis ingenijs ſint addictæ. Quod vero ego Pontificali dignitate ſim ornatus, nullum rei incommodum infert, cum videas Diuum Gregorium Nazianzenum, Diuum Paulinum de Nolla, Diuum Damaſum Luſitanum ſummum Pontificem, aliosque grauiſsimos Epiſcopos, ac Prælatos, & ſummos Pontifices omni virtutum ac ſcientiarum genere circumuallatos multa elegantiſsimis carminibus conſcripſiſſe. Solum hoc te admonitum vellem me in hoc Poemate more Poetarum nominibus Idolorum vſum fuiſſe, quæ reuera nomina ſolum ſunt, non res, nam Iuppiter, Venus, Mars, Mercurius, Bacchus, Thetis, Neptunus, atque huius farinæ ſimiles nihil ſunt, & ſiqui fuerunt, multis vitijs ingurgitati vitam traduxerunt, & tamen cæca

gentilitas

gentilitas illos inter Deos immerito nu-
merauit, quod quam longe a veritate di-
ſtet, multi ex antiquis iudicarunt. Verum
cum Poeſis ſine his figmentis nihil habeat
iucunditatis, nihil lepôris, inde habet quod
illis plerumque vti cogamur. Senſum, vt
Catholici & in vera fide fundari te-
nemus, verbis vtimur ad
ornatum, vt
Poetæ.

Illuſtriſ-

Illuſtriſſimo ac Reuerēdiſſimo D.D. Thomæ a Faria Epiſcopo Targenſi meritiſſimo, nouo Muſarum Apollini, Poetarum Mæcenati, Lesbio Cantori.

ANONYMVS.

Fallor? Anattonitas ſonus altior excitat aures?
Quis tam diuino Pollice plectra regit?
Aſcræus ne Senex? An Pindarus? Æquus vtrique eſt.
An potius Naſo? Aut vmber? vtrumque refert.
Quid ſi Orpheus pariter, pariter moduletur Arion?
Amphionque ſimul? Tres ſimul vnus agit.
Si Mars, Mæonides ve ſonet? modulatur vterque.
Si Phæbus fundat Carmina, Phæbus adeſt.
Huic plectrum Aſcræus; chordas dat Pindarus, vmber
Dat Veneres, venæ flumina Naſo ciet.
Vocem Orpheus, citharam Amphion, verſum altus Arion,
Virgilius numeros, pondera Mæonides.
Munere Phæbus abeſt priuatus: Præſul Apollo eſt.
Diuinum hos omnes (perlege) ſpirat opus.

Aliud.

Aliud in certo Authore.

EPIGRAMMA.

EDiderint tantos quod ſæcula priſca Poetas,
Non ideo noſtris ante ferenda putem:
Illa quidem multos, vnum te noſtra tulere,
Vnus ſed multos exprimis, vnus habes.
Sic Pigmea vnus late obruit agmina quondam
Alcides, ſolis ſydera clara iubar.
Vno noſtra ætas felix te vate triumphat,
Nobis, turba vetus quod fuit, vnus eris,
Et dare quod cuncti potuere prioribus illi,
Tu nunc, Antiſtes ſuſpicienda, dabis.

Diſtichon de opere, & Authore.

VIdit opus nitidum Phœbus, miratur, & inde,
Eſt ne alter ſummo de Ioue natus, ait.

LVSIADVM
LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

DEſcribitur hoc in libro quidquid Præfecto Maximo claſsis Vaſco à Gama contigit, poſtquam à portu Vlyſsiponenſi, vt Indiæ oras inquireret iuſſu Regis Emmanuelis, ſoluit, quouſque peruenit ad Inſulã Mombacæ, in ora Melindana.

ARma, viroſq; cano, noſtro qui è littore quõ- 1.
Occiduo, rapidis ſoluẽtes Carbaſa vẽtis (dã
Intrepidi, varijs & tempeſtatibus acti
Sulcarũt tumidi metuendas æquoris vndas
Littoraque antiquis nunquam bene cognita nautis,
Altaque Taprobanæ tetigerunt littora terræ
Et proprio celſis turritas mænibus vrbes
Sanguine fundarunt, quarum ſuper æthera famam,
Inclyta portantes Chriſti vexilla tulerunt.

Dulciaque Eois poſuere cubilia mundi
Partibus,ignotos traxere in vincula Reges,
Et noua regna ſuis decorarunt legibus,altas
Regibus inuitis,quas nunquam experta patenti
Eſt natura ſinu defendere viribus arces
Non timuere,omni charæ diſcrimine vitæ
Poſthabito,forti poſuerunt fræna Malachæ.
Luſiadumque etiam noſtris memoranda Camænis
Regum facta canam,quantum mea Muſa iuuabit,
Ingenium dederitque ſuo de numine Phæbus:
Talia carminibus totum celebranda per orbem
Heroum ſpargam,qui forti pectore & armis
Imperij metas Luſi,ſtabilitaque ſedis
Romanæ mandata (Deo ducente) tuamque
Dilatare fidem per tanta pericula vitæ.
Haud dubij claros celebrarunt Chriſte triumphos:
Africa tantotum experta es prælia Regum,
Nam campos,vrbeſque tuas & mænia diris
Vaſtarunt animis,Aſiæ fera littora claſſes
Conſpexere,cadunt turres,iuga dura coloni
Accipiunt,noſtri percuſſi vulnere ferri
Quorum terribilis nec mors, nec tempus iniquum
Delebunt,magnumue ferent ad tartara nomen.
Conticeant varij curſus ſapientis Vlyſſis
Æneæ accipiant æterna ſilentia ponto,
Diuerſi errores,quos miro carmine Muſa
Virgiliana canit,ſileat fama inclyta Magni
Regis Alexandri,ſileat noua gloria clari
Traiani,coluit quos prima decentius ætas.
Nam mihi fert animus vires & fortia noſtro

Pectora Luſiadum verſu celebrare, tridenti
Quos Neptune tuo, tuque ô Mars horride ſæuis
Atque Erebi veneranda cohors, horreſcitis armis.
Nec iam Parnaſſi celeberrima Muſa ſuorum
Facta canat, cytharaſque ſuas exaltet Apollo.
Luſiadum quando maior ſe gloria tollit,
Maior & aſtrifero ſe fama exæquat Olympo
Vos etiam Tagides Nymphæ, mea numina, cæptis
Aſpirate meis, ſi veſtri pectus amoris
Ignibus ardet adhuc, ſi veſtro flamine mentem,
Spiritus intus agit, ſi veſtri fluminis vndas,
Extulit in cœlum tenui mea tibia cantu,
Et cecinit veſtræ viridantia gramina ripæ.
Nunc nunc cœleſti perfundite nectare pectus,
Atque iter incæptum flatu properate ſereno,
Nunc mihi ferte pedem, vatemque implete furore:
Reddite nunc facili currentia carmina filo,
Grandiloquumque ſonũ nunc cingite tẽpora lauro,
Phæbus vt efficiat quod non Tagus aurifer, vndis
Fontis Hypocrene inuideat, ſed ſemper amænis
Fluctibus ipſe riget ſinuato tramite ripas:
Et mentem furijs agitate, & pectora ſæuo
Noſtra ſono belli dent horrida carmina ſignum.
Æreaque horribiles modulentur cornua cantus,
Et tuba rauca ſonet, vultus quæ ſæpe colorem
Mutat, & accendit truculento in pectore Martem.
Non tenui agreſtem meditabor arundine Muſam,
Nec mea mens, ventis paſtorum ſpargere curas,
Nec canere incipiam calamis, quos iungere cera
Pan Deus inſtituit primus, Corydonis amores.

Æqualem magnis cantum deducite factis
Gentis Vlyſſeæ, quam tu colis inclyte Mauors,
Quamque vocas ad bella: tuo ſub numine caſtra
Diripiunt, ſcandunt muros, portantque triumphos,
Armatique truces expectant turribus hoſtes,
Nec trepidant animis, ſed dira in bella ruentes
Non dubitant multis caput obiectare periclis.
Hæc precor o Muſæ liceat celebrare per orbem
Carminibus, ſi geſta capit ſublimia carmen,
Tu quoque Rex noſtris, tu feliciſſime Regum
Temporibus natus, noſtri vt celeberrima regni
Iura diu, ac leges multos ſeruentur in annos,
Spes etiam noſtras retinet certiſſima mentes
Te duce in imperium magnū, quod ſceptra ferantur
Regia Luſiadum latos claudentia fines.
Tu quoque Maurorum reges, & regna ſupremis
Legibus impoſitis ad fræna tumentia duces.
Incutieſque metum, nunquamque à corde timorem
Barbarus expellet concepta voce Sebaſti,
Quem pius ætati Deus vt fatalia noſtræ
Monſtra dedit vincens vt iura coerceat orbis,
Tu tener, & florens præciſus ab arbore ramus,
Quāque alias inter Dominus plus Chriſtus amauit,
Quas videt Occiduis cum Sol immergitur vndis;
Hæc fient tibi nota, tuis cum Regia pulchris
Stemmata ſubijcies oculis, quæ prælia Mauris
Cum tulit Alphonſus primus Rex (teſtis Orichi
Campus vbi horribili ingentem certamine cladem
Edidit) accepit, clypeo ſua vulnera Chriſtus
Impreſſit, ligno moriens quæ paſſus ouanti.

Fortunate

Fortunate Puer, cuius ditiſſima Phæbus
Regna videt naſcens primum, tum deinde ſupremũ
Cum retinet curſum, medio caput erigit orbe,
Et videt, Oceani fugiens cum tingitur vndis,
Tu quem ſpectamus turpes ſub vincula Mauros
Mittturum, Turcaſque feros, genteſque feroces,
Queis licet inſignem Gangis potare liquorem
Iordaniſue frui (ſcelus o mirabile) lymphis.
Inclina eximium tu, maieſtatis honorem,
Quem tener oſtendit vultus; nam clara futuri
Signa puer decoris tribuis, cum iam vltima vitæ
Atque ſenectutis felicia limina tanges,
Inclitaque æthereas cum mens aſcendet in Aulas.
Ex ſolio in tenuem Regalia deijce terram
Lumina, conſpicies manifeſti pignus amoris
In patriam, vt noſtris fortiſſima geſta tuorum
Carminibus memorẽ, referamque in ſęcula laudes,
Aſpicies animum, quem nunquam vilia purum
Dona mouent; ſed amor patriæ, qui extollere nomẽ
Nititur ad cœlum, famamque per aera ferre
Nam non vile vnquam, toto reputabitur orbe
Donum ſi præco patriæ cognoſcar vbique.
Aſpicieſque viros, quorum tu iura gubernas,
Tales eſſe duces, dubiæ vt ſententia menti
Hæreat, an melius tibi ſit Regem eſſe ſupremum
Luſorum an tractare manu ſceptra aurea mundi?
Geſtaque Luſiadum non ficta aut vana virorum
Aſpicies noſtram deſcribere carmine muſam.
Inque admirandas reſonantia ſoluere laudes
Ora, lyramque meam vero componere cantu,

Non ſicut veteres tunc compoſuere Camęnæ.
Namque illæ ad ſuperas auidę conſcendere ſedes,
Falſa ſuis quondam ręſonabant carmina plectris,
Quæ noſtri geſſere duces terraque marique
Excedunt veterum mendoſa,& inania facta,
Mendacem ſuperãt Rodomontũ,ipſumque Rugerũ,
Orlandumque, licet quæ narrat vera fuiſſent,
Namque illos vincunt inuictus Nonius, Egas
Moniſius,fortiſque Fuas Roupinhus, Homeri
Ad quorum laudes cytharam mea Muſa requirit,
Qui dubijs patriæ pro libertate periclis
Oppoſuere caput,multoſque tulere labores:
Biſſenoſque pares aluit quos Gallia quondam,
Biſſeni exuperant Luſi,quos Anglia vidit
Victores,viditque Anglos certamine victos,
Præcipue horrendo victorem Marte Magriçum,
Quin etiam hîc aderit ſublimis nomine ductor
Qui ducis Æneæ ſequitur veſtigia Gamma.
Quod tibi ſi Carolus,dixit quem Gallia Magnum,
Et Cæſar famam pariunt,partique triumphi,
Alphonſum videas primum,qui primus habenas
Accepit regni qui robore,viribus, armis
Obſcuratque omnẽque Ducẽ, barathroq; recludit,
Aſpiciaſque duos æquales Marte Ioannes,
Ille ſuæ fines patriæ defendet ab hoſte
Caſtellæ Regem cogens ad regna redire,
Hic inuictus erat bello,regnique tremendas
Leges & ſtudia,& populos in pace gubernans.
Tertius hinc ſequitur,Quartuſq; & nomine Quintus
Alphonſi,virtute pares,nullique ſecundi.

Non

Non ego Lethæis mandabo nomina lymphis
Veſtra Duces, quos magnanimos experta feruntur
Regna Auroræ olim, celebris quos fama per orbem
Euexit ſemper victricia ſigna ferentes.
Nec te inter primos dubitem,numerare Pachecum,
Nec taceã Almeidas,quos nũc Tagus aurifer vndas
Ceu lacrymas ducens ad triſtia marmora plorat,
Albuquerque ſimul,ſimul ô fortiſſime Caſtro
Luſiadumque alios,quos non mors pallida vincit
Inclyta noſtra canet reſonanti carmine Muſa
(Hos tamen interea celebri dum voce ſaluto,
Nam Rex alme tuas capiunt non carmina laudes)
Accipe felicis felix moderamine regni,
Materiam tribuis,longamque ad carmina ſyluam
Africa terribilis,ſimul & maria alta nitentis
Aurora incipiant noſtro ſubmittere duro
Colla iugo,populique ſimul (mirabile dictu)
Et noſtras timeant Mahometica caſtra phalanges,
Barbarus exitium reputat ſibi Maurus adeſſe,
Inuictæ quod armis timeant tua nomina gentes,
Cum forte accipiũt animumque ad prælia promptũ
Et certum,imperij diues timet India caſum;
Obſidiumque Goæ, Malabareaſque ruinas.
Te quoque cærulei Dominum cupit æquoris eſſe
Pulchra Thetis,cũ te in generũ placidiſſima ſumet.
Commendatque tuum, iuuenis pulcherrime,vultũ.
In te ſiqua manent veſtigia certa parentum,
Apparent rari certiſſima ſigna decoris
Et pace,& bello parti,nam pace Ioannem
Inſectaris auum Carolum fera bella gerentem;

Cum trahit indomitos ad ferrea vincula Turcas,
Inſequeris,ſed vterque tibi poſt funera ſedem,
Præparat æthéream,qua tu per ſęcula viuas.
Aſt modo dum lento percurrunt tempora curſu,
Nec tamen optato fruimur moderamine,noſtris
Auſibus adde manum,ſint & mea carmina Regis
Protecta imperio, votiſque aſſüeſce vocari.
Interea placidis pandentes turgida ventis
Carbaſa Luſiades ſulcant dum marmora nautæ
Iupiter omnipotens rerum cui ſumma poteſtas,
Humanumque genus ſolio moderatur ab alto,
Tunc ad concilium vocat omnia numina cæli
Sydeream in ſedem,placido tunc littora ponti
Proſpectat viſu,fratriſque ingentia regna
Tranquillique maris viget alto in gurgite claſſem
Et certa Eois,quæ ſint moderamina terris
Conſtituit ventura;Dei mandata parentis
Filius exequitur Maiæ,quam maximus Atlas
Progenuit,genitamque Ioui dedit ille ſupremo.
Conuocat hic omnes,omneſque ad regia pergũt
Limina,parentes dictis via lactea ducit.
Sydereos linquunt orbes,ſibi credita regna,
Nam dedit hæc illis diuina potentia quondam,
Quæ nutu cælum,terras,maria ipſa gubernat,
Qui gelidum Arcturum,Boream,ſeptemque triones,
Quique colunt Auſtrũ,quos & iam cognita Nautis
Stella Crucis retinet,nec non qui fulgida ſolis
Lumina conſpiciunt Orientis, vbi aurea claris
Oceanum radijs ſurgens Aurora reliquit,
Et qui Phœbeos caſus vbi ſydera condit

Nox

Nox obſcura vident, nec multo frigore torpent.
Conueniunt ſolio ſedet æquus Iupiter alto
ublimem referens vultum,faciemque ſeueram
nque animos leuiter placidam ſpirauerat auram,
lta Corona caput cingit,pulcherrima ſceptrum
Dextra tenet,clari vincens Adamantis honorem,
ſt alij ex auro ſolijs fulgentibus infra
Numina cuncta ſedent,recto ſedet ordine quiſque:
Et primum veteres præſunt,tum deinde minores.
Tunc valida indicens ſecreta ſilentia dextra
Hos ſic alloquitur diuum Pater atque hominũ Rex.
Vos qui ſtelliferi diuina palatia cæli
Lucẽtemque polum,nitidumque habitatis Olympũ,
i non Luſiadæ fugit iam gloria gentis,
Hæc vobis ſint nota,niſi ſint peruia menti
Deinceps Græcorum,Perſarũ & maxima gentis
Gloria Romulidæ ſtygias mittetur ad vndas
Quin etiam Aſsyrium populi caligine nomen
Eterna obſcurum fiet. Sic fata tulere.
Conceſſum(res clara)fuit,quod robore paruo
Viribus haud paribus Maurorum euertere caſtra
nnumeraſque animas poſſent profundere Letho,
Et Lybicas tandem reditum compellere in oras,
Caſtellæ en acies,Regemque fugaret Iberum
Regem animo indomitum, cuius tot ſtragis aceruos
n Mauros fera dextra dedit,tot prælia vicit.
ſt gens Luſiadum metuendo Marte trophæa
Portauit ſemper cæleſti numine fulta,
nſignique illis ceſſit victoria palma.
Exuuiaſque ducũ, & ſceptrum venerabile regis

Et

Et vexilla tulit,fortes euertit & vrbes.
Omitto celebri partos de gente triumphos
Romulidum,quando Viriatum Marte ſecuti
Implerunt latos Romano ſanguine campos,
Omittoque alias, quas tu Roma inclyta clades
Paſſa recenſebis ſemper cum pectore fortem
Conſtituere ducem peregrinum more loquentis
Qui ſanctum ceruę ſimulauit corpore numen.
Nunc bene conſpicitis dubijs quod fluctibus alti
Oceani vitam tradunt,monſtriſque marinis,
Ducere nec dubitant per vaſta pericula naues,
Nec furioſa Noti metuunt ſpiramina venti,
Denique,& audaces,cum iam poſt tempora multa,
Quaque dies breuis eſt,& qua longiſſima,terram,
Arduaque Occidui peragrarunt littora ponti,
Obuertunt pelago proras,cupiuntque nitentis
Aurea naſcentis penetrare cubilia ſolis
Pectore promittunt conſtantia iura tonantis
Felicem rubri ingreſſum ſine ſanguine tractus
Quem ſicco Iſacidum quondam pede tranſijt agmē.
Impia preſſit hyems laceratas æquore puppes
Miles,& ingenti defeſſus nauta labore
Languida laſſati vix poſſunt membra leuare
Fata immota volunt,quod diras pectora curas
Ponant,optataque diu potiantur arena.
Littoraque aſpiciant,quæ longa per æquora vecti
Inquirunt,deturque frui locupletibus almæ
Sedibus auroræ deuictaque ſceptra tueri,
Et primum hoſpitium Lybicæ dent littora terræ,
Queis laceram reparent claſſem, ventiſque ſecūdis,

Nau-

Jauiget,incæptamque viam reparata ſequatur.
Iæc vbi dicta dedit,nitido gratiſſimus ore
ıpiter æthereus,reſpondent ordine cuncti,
cinditur ac dubium ſtudia in contraria vulgus.
t pater Odryſius,Bacchum quem nomine dicũt,
.eijcit indignans fatalia vota Tonantis,
ım ſua facta putat ſubmergi fluctibus orci
'artarei,notas ſi gens Orientis ad oras
uſiadum veniat, bibat,& ſacra flumina Gangis.
'enturam audierat(ſic impia fata canebant)
Iauibus Hiſpanam ſpumoſa per æquora gentem,
uæ maris Indiaci flagrantia littora quantum
'ircuit Oceanus,& quas Thetis abluit oras,
ıbderet imperio,colla,& patientia duro
lecteret illa iugo, munitaque mœnia vallis
onſtrueret largo vexans noua regna tributo
ıbiuga iam clari fluctus ſubmiſerat Indi
t nunquam caſus,vel ſors infeſta negauit
arminibus Muſas celebres coluiſſe triumphos
'unc timet ille ſuum Lętheo flumine nomen
Iergi ac æterna condi caligine famam
ıitia ſi Eoæ contingat littora terræ
uſiadum proles, veni bene nota parenti
t Cytherea Venus populis iam dedita Luſis
omanam quoniam gentem putat illa videre
um videt indomitam Luſorum robore prolem,
el propter varios,quos Tingitana labores
erra experta fuit,ſtratoſque in puluere Mauros
el propter linguam reputat quam ſæpe Latinam,
i quandoque ſuo varientur carmine voces.

Hæc

Hæc Venerem inducunt luſorum extollere facta,
Tum quoniam Heroo cantabant carmine parcæ
Felicem terram, felicia littora tantis
Eſſe futura viris nulli virtute ſecundis,
Quas colerent,certis regerent vel legibus vrbes
Felices iterum,fortunataſque futuras.
Ergo notam timet ille,ſuos prætendit honores
Iſta,ſuiſque fauent, verbis certamina miſcent:
Pars Bacchum ſequitur, Venerē pars cætera laudat
Non aliter quàm cum Boreas furioſus,& Auſter
Diuerſi inter ſe crudelia prælia tractant,
Exercentque feras dumis ſylueſtribus iras
Vellereque annoſam magno molimine pinum,
Conantur,frangunt ramos,truncoque manente,
Arboris,excelſi reſonant tunc murmure montes,
Abſconduntque herbas tenebroſo in puluere valles
Sic inter Bacchum exoritur,Veneremque tumultus
Illum ſæuus agit timor;aſt amor excitat illam,
Mars tamen intrepidus Veneris defendere partes
Nititur audacter,vel quod deuictus amore
Antiquo,vel quod Luſi fortiſſima proles
Digna fauore Deum certa ad tutamina cogit:
Ante alios ſurgens conceptum in pectore virus
Oſtendit vultu, clypeus pendebat ouanti
E collo,quem poſt tergum proiecerat amens,
Criſtatam attollit galeam,pauliſper vt omnes
Conſpiceret,ſiſtit firmata mente Iouemque
Acrior,ardenti vibrans ex ore fauillas
Aggreditur,ſoliumque horrenda percutit haſta
Lucida contremuit ſedes, turbatus Apollo

ulgentes radios,& lumina clara negauit,
.tque has indomito deprompſit corde querellas.
) Pater omnipotens parent cui ſydera cœli,
t maria,& terræ,nitiduſque obtemperat aer,
i gentem hanc dubij,partem quæ nauigat orbis,
:uius facta nimis,cuius tu robur amaſti,
Eterna ſicut ſtatuiſti lege labores,
erre negas,tumidaſque maris tolerare procellas
ed cupis optatum quamprimũ abſoluere curſum,
Quando hæc fixa manent,& mens tibi conſcia recti,
:ur recipis voces hominum,quos torquet Erynnis
mpia ſuſpectumque trahunt de corde venenum;
Jam ſi nunc ratio claros oſtendere vultus
Vellet,nec nimio deuicta timore fuiſſet,
ane equidem timidus gremio ſeruaſſet amico
Bacchus,nec ſocij deductam à ſanguine Luſi
'rogeniem impeteret furijs agitatus iniquis
ed modo conceptam deponat perfidus iram
Jam nunquam meritos adimet ſibi liuor honores,
'ulgida quos nitidi promittunt ſydera cœli.
'uque ò magne Pater,ſtabilique mente gubernas
)mnia luciferi quæ continet ambitus orbis,
Jec veterem ponas animum,aut promiſſa remittas,
Jam leuis eſt animi incæpto deſiſtere facto.
Quamprimum rapidas ſumat Cyllenius alas,
Jec mora deſcendat,volucrique ſimillimus aura,
Hoſpita defeſſis demonſtret littora Nautis,
Accipiant placidi certiſſima nuncia portus
ndiaci,& reparent veteres in pectore vires.
ic effatus erat,nitido cum Iupiter ore

Conſenſit

Conſenſit dictis animoſi Martis,& omnes
Nectare perfudit,quos mox via lactea duxit
Ad ſua tecta,domos ſolitas tunc quiſque reuiſit.
Sed prius ad ſolium reuerentia ſumma Tonantis
Dirigitur,flexi venerabile numen adorant.
Interea cælo poſtquam hæc celebrata feruntur
Gens animoſa ferox tumidi maris æquor arabat,
Qua Sol exoritur,gelidum,& qua tendit ad Auſtrũ,
Vnde pij mittunt redolentia thura Sabæi,
Atque vbi Laurenti iacet Inſula Martyris,ardens
Sol radijs placido luſtrabat lumina mundum,
Horridus in piſces,quos quondam vertit acerbæ
Perculſos nimio mentis tenore Typhæus:
Leniter aſpirant venti placidiſſima miti
Aura rates ducit curſu,Deus ipſe fauebat
Luſiadis,denſis liquidus ſine nubibus aer,
Non imbres ſæui, tempeſtateſque ſonabant,
Notaque iam Lybicę radebant littora terræ,
Iamque relinquebant rupem cognomine Praſſum
Cum procul apparent nunc hæc,nunc illa patẽti
Inſula conſpectu,ponti quas circuit vnda.
At noſter valido ſubnixus robore Gama
Cui fortuna fauet,miſera requieſcere terra
Non ſtatuit, nullus campos habitabat arator,
Egreſſumque parat, ſed cæptum ducere curſum
Non potuit,clemens aliud Deus ipſe parabat.
Ecce autem paruæ veniunt è littore lintres
Turmatim,& noſtro ſalſi maris æquora ſindunt,
Lintres anguſta forma,longaque figura,
Vt facilem accelerent curſum,veliſque ferantur,

Quas ſolet ex ſiccæ contexere vimine palmæ
Gens ignara bonæ, linum quæ ſeminat artis
nfelix hominum facies, & tincta colore
Obſcuro, Phaeton quos denigrauerat audax,
Cum malè Phæbeos currus, malè fulgida ſolis
.umina direxit, furias nec frænat equorum
Æthereoque cadit præceps reuolutus Olympo,
mmenſum accendit radijs ſolaribus orbem
Et lacrymoſa ſuos ſenſit Phaetuſa calores
Goſſipio intexunt veſtem, varioque colore
nficiunt, alij nigrantia corpora cingunt
Ex humeris alijs tenet aurea fibula morſu,
Pendentem tunicam cuncti ſua pectora nudant.
Arma, breues gladij, decorant latera ardua ſicæ
nſula lata caput varijs circumdata gyris
Ornat, dumque maris placidi ſecat æquora prora
Cornua rauca ſonant, nunc murmura tibia mittit;
Luſiadum claſſem manibus ſigniſque vocabant
Ut celerem reprimat curſum, ſperetque vocantes
Sed iam conuerſæ tendunt ad littora puppes,
ndomituſque ſuos exercet nauta labores.
Ac ſi meta foret poſtremis Inſula curis:
Colligere arma iubet clamans mira arte magiſter,
Velaque ſubmittens malo deſcendit ab alto
Maior virga, parat rigidos ars nautica funes
Carbaſa preſſa ligat, ligat & pars dura rudentes,
Anchora de prora iacitur, ſtant littore puppes.
Ante tamen laceras fundet quam ferrea naues
Anchora læta rates proles Phaetontica Luſas
Scandit, & ingrato noſtri noua gaudia vultu.

Inclytus hos ductor pietate inſignis,& armis
Accipit hoſpitio,menſaque inuitat amica.
Continuo Iouo decoratur menſa liquore
Quem fallax mira Bacchus produxerat arte
Vitrea vaſa mero complēt,noſtrique propinant
Pocula plena,placet vinum,donumque Lyei.
Dūque epulis menſas ſpoliāt, hilareſque recūbunt
Haud ignota loquens ſic barbarus incipit ore.
Sed vos,qui tandem,quibus aut veniſtis ab oris?
Quoue refertis iter?noſtri quid littora tractus
Raditis?& veſtræ ſulcant maria alta carinæ?
Ponite iam tantis finem,iam ponite curis.
At pietate grauis Vaſcus ſic incipit ipſe.
Occiduas colimus ternas,ſeptemque trioni
Subiectus ductor nobis dat nomina Luſus,
Quærimus auroræ nunc proxima littora,terræ
Per varios caſus,per multa pericula ponti,
Per dubias mundi partes, conſpeximus Auſtri
Sydera clara poli priſcis incognita nautis,
Et Lybiæ vaſtas ſitientis voluimus oras;
Rex etiam ſapiens regni moderatur habenas,
Sic populo charus placido, ſic dignus amore,
Vt non Neptuni ſolum deuincere regna,
Oceanique domos hilari ſubmittere fronte,
Verum etiam obſcuri nigras Acharontis ad vndas
Audeat,& ſtygias gens hęc penetrare tenebras.
Hic iubet imperio per tot diſcrimina rerum,
Ventorumque iras,tempeſtateſque ſonoras
Quærere regna ſuis quę fluctibus irrigat Indus
Diues,& auriferas deducit ad æquora lymphas

Sed ni fata vetant æquum eſt nos ſcire rogantes
Qui ſitis? quæ ſit tellus? qui denique mores?
Qui reges? ritus qui ſint ſine fraude Tonantis?
Tunc quidam experto ſimiles de pectore voces
Protulit. Externi,& terris,& legibus,iſtam
Tellurem,tractumque colunt,quos cæca creauit
Natura,& leges doctæ ſine lumine mentis,
Nos illam ſequimur legem,rituſque paternos,
Quos docuit ſapiens Abrahami,ex ſanguine natus,
Ethnicus & fuerat pater illi,Hebrææque mater
Inſula parua quidem,ſed maxima pondere clari
Argenti,atque auri,diuerſa eſt copia ditis
Bombycis ac eboriſque ſimul non indiga mercis.
Hunc portum appellunt naues,quas Quiloa mittit
Diues opum, Mombaça ferox,diueſque Sophala,
Atque hinc perpetuam fælici ponere ſedem
Nitimur auſpicio,capiunt nos littora regno;
Vtque nihil lateat demum vos, parua vocatur
Moçambique,ſua decoratur & inſula voce.
Quandoquidem è longis præſcinditis æquora terris,
Et fortunati locupletes quæritis vndas
Littoris Eoi,flagranteſque ignibus oras,
Nauclerum dabimus,qui vos expertus ad omne
Littus,& ignotas ducat per marmora terras;
Sic etiam vt gratis telluris fructibus omnes
Veſcantur,placidum capiant,& pectora ſomnum,
Equum erit vt rector, populi qui ſceptra gubernat,
Vos videat,veſtroque aſpectu lætus inibit
Fædera,pacificumque dabit per ſæcula portum.
Talia dicta dedit Maurus,naueſque relinquens

Littora nota petit,patriaſque rediuit ad ædes,
Ardentis vultum,ſignumque oſtendit amoris.
Oceani interea currus ſubmerſerat vndis
Phæbus, luna ſuo luſtrabat lampade mundum,
Complebat nox atra omnes caligine terras:
Luſiades læto conſumunt pectore noctem
Exultantque animis charæ quòd nuncia terræ
Certa habeant;non ſæua prement faſtidia lati
Amplius Oceani, nec iam maris æquor arandum:
Hi gentem ignotam,ritum,moreſque,modoſque,
Æthiopumque notant veſtes,hi mente quieta
Legem indignantur,veniſſe ad limina mundi
Vltima Maurorum, faciles illudere gentes,
Et maculare hominũ Mahometica dogmata mentes
Candida luna ſua decorabat marmora luce,
Et magni Oceani tremulo ſub lumine fluctus
Fulgebant nec certa ſuos radiantia claros,
Aſtra negant radios,furias poſuere cauernis
Incluſi obſcuris venti,capiuntque quietem.
Attamen excubias gens Luſa exercet in altis
Puppibus,hoc ſemper per tempora longa ſolebant
Et nautæ exercere,fero & gens dedita Marti.
Sed poſtquam rutilans roſeas aurora quadrigas
Extulit,& oſcis ornauit crinibus orbem,
Excutiens ſomnum Phæbo,tunc gaudia nautæ
Oſtendunt,claſſemque ornant vexilla Tonantis,
Signaque nota Crucis noſtrique inſignia regni,
Vt populi acciperent feſtiuo pectore ſummum
Rectorem,deturque piæ par gratia menti.
Spumoſi ſalſas lentè ſecat æquoris vndas

Ille animo læto Luſam conſcendere claſſem
Optat,& oblatis ſolari fructibus illos,
Qui laceros artus,defeſſaque membra ferebant,
Ipſe putat Luſos illam gentem eſſe ferocem,
Turcarum quondam,qui Caſpia prata colentes
Aurea ſceptra Aſiæ,& ditiſſima regna ſeuero
Submiſere iugo,ſolium,terraſque patentes
Conſtantine tuas cæpere,& mænibus vrbes
Munitas,magnos viderunt ſtragis aceruos,
Chriſticolum ſæuo ſubdentes colla tyranno.
At Dux Gāma ducem Maurorum mente ſerena
Accipit hoſpitio,ſocioſque amplectitur,vſus
More ducum tribuit regalia dona regenti,
Atque cibos offert dulces,vinumque propinat
Inſolitum,Bacchi quo triſtia corda liquore
Lætantur cùm fortè datur,notat omnia Maurus:
Munera tunc hilaris recipit,ſed latior haurit
Pocula plena mero,dapibus contentus amicis.
Luſiades rigidis pendent de funibus,vſum,
Veſtes,atque modos mirantur,verbaque linguæ
Barbara non capiunt noſtras turbantia mentes;
Sic etiam prudens aſtuto pectore Maurus
Inſolitas cernens veſtes,hominumque colorem,
Miratur naues,tormentaque bellica Martis;
Et rogat an veniat Turcarum ex littore claſſis.
Quin etiam exoptat noſtræ clariſſima legis
Præcepta,& fidei ſanctos cognoſcere libros,
Vt videant ſi fortè ſuis conformia dictis,
An ſint Chriſtiadæ? quæ ſtat ſententia menti;
Denique cuncta notans fortiſſima poſtulat arma,

Queis fera Luſiadum proles,dum prælia miſcet
Pugnat,& horrificas deuincit Marte cateruas.
Talia tunc placido deprompſit pectore Gāma.
Narrabo late,fortunatiſſime rector,
Quæ mea progenies?quis ſim?quæ Martia bello
Arma feram? quæ ſint legis præcepta ſupernæ?
Non ego Turcarum ſæuo ſum ſanguine cretus,
Nec mea claſſis arat tam diro è littore pontum,
Meque,meoſque tulit præſtans Europa ſodales,
Inde rates veniunt ponto maria alta ſecantes,
Indiacique ſinus celeberrima littora quærunt.
Legem habeo Chriſti,nutu qui cuncta gubernat,
Qui cælum,terramque ſimul mira arte creauit,
Qui propter peccata hominum dimiſſus ab alto
Æthere,& humana facie veſtitus Olympi
Exequitur præcepta docens,& dogmata legis,
Queis homines poſſint ſuperas aſcendere ad auras,
Quique Crucem ſubiens mortem tolerauit iniquam
Inuidia Iſacidum,mundumque cruore redemit.
Nec mecum æthereæ diuina volumina porto
Legis,namque animo ſtabili quę impreſſa geruntur,
Incaſſum libris gerimus. Si noſtra videre
Armamenta cupis, quamprimum iuſſa faceſſam,
Pacatuſque vide,durus nam cernere,vt hoſtis
Nil tibi proficuum,niſi me ſententia fallit.
Dumque hæc dicta refert,ſtatim iubet ille miniſtris
Fortia demonſtrent Mauro armamenta,feruntur
Continuo galeæ criſtatæ,ſcutaque miris
Picta modis,latæ parmæ,variaque petitus
Arte thorax,fortes laminæ, clypeique geruntur.

Loricæ

Loricæ apparent,hamis,auroque trilices
Plumblea pila ſimul,ſelopique ex ære nitentes,
Et balliſta ferox,pharetræque arcuſque,ſagittæ,
Et varium haſtarum genus,& venabula dira,
Sulphureæque ollæ, bombardaque flammea damnũ
Quæ mortale gerens,crudelia fata miniſtrat.
Sed flammata tamen tormenta explodere ductor,
Vt bombarda ſonos emittat, & horrida tellus
Terribili ſonitu ſtupefactaque ora tremiſcant,
Pectore Gãma vetat generoſo inſignis,& armis.
Dux etenim nequit ipſe ferum ſimulare leonem
Inter oues,interque agnos,interque capellas,
Qualis erant populi rector,Maurique ſodales.
O hominum varias ſortes!ò pectora dura!
Namque ex hoſpitio crudelem concipit iram
Maurus cuncta notans,odioque exardet iniquo,
Et quodcumque videt,ſedet alta in mente repoſtum.
Attamèn hoc animo ſimulans,& pectore ficto
Conſtituit Luſós extremis tradere fatis,
Cogitat,& claſſem,crepitantibus vrere flammis.
Nauclerum Dux Gãma petit,qui poſſit ad Indum
Auroræque ortum noſtras deducere naues,
Pręmia proponit,multi ſtat copia nummi.
Aſt Maurus mittit ſimulato pectore rector
Naucleros diro maculatos corda veneno,
Nam cladem extremam, noſtræ ſæuamque ruinam
Ille daret claſſi,ſi poſſet,& ignibus omnes
Inflammare rates,tumido & ſubmergere ponto,
Tali odio exarſit,ſubito ruit ipſa voluntas

Luſiades contra quos nouerat eſſe ſequaces
Doctrinæ Chriſti,& fidei quam ſancta Tonantis
Flamine ducta docet ſedes Romana, ſupremi
Sunt ſecreta Dei,quod numquam perfidus hoſtis
Chriſticolis deſit,quos ſic ſibi nectit amore,
Comitur à noſtris,diſcedit Maurus,& illum
Æquora ſcindentes ſocij comitantur euntem.
Littora dum tetigit,notas conſcendit ad ædes.
Sedibus interea ab ſuperis Dionyſius ille
Quem populi Bacchum dicunt, alijque Lyeum
Et genuiſſe Ioui Semelem fert fama parenti,
Quæ moritur diro Iunonis fulmine tacta.
Luſiadum gentem Mauro videt eſſe moleſtam,
Infenſamque fatis,truculento in pectore fraudem
Cogitat,vt valeat totam diſperdere claſſem:
Dum ſe non agitat memorans ſic talia fatur.
Luſorum gentem ſtatuerunt fata triumphos
Portare,& ſæuis Indorum vincere caſtra
Viribus,atque altos metuendo ſcandere muros
Robore,& Eoas ad ſe conuertere gentes.
Aſt ego quem genuit Pater omnipotentis Olympi
Torque opibus clarus,tantis atque artibus auctus
Fata fauere alijs patiar,queis nomina,vires,
Geſtaque noſtra ruant,ac tandem morſa paludi
Lætheæ accipiant æternum mortua ſomnum?
Sic placuit ſuperis, fatiſque vrgentibus olim
Magnus Alexander,quod multo milite terras
Vinceret Indiacas,populos ac multa iuberet
Mitti colla iugo,& noſtras compelleret oras,
Quo mea fama fuit ſtygijs abſcondita lymphis:

At modo quod Luſus numeroque & viribus maior
Æquora Neptuni findat malè fida carinis,
Littora vt Eoæ capiat ditiſſima terræ,
Fortia præcipuæ tandem & ſigna inferet vrbi,
Miſceat atque vndas vitro Tagus aurifer Indo,
Hoccine (quæſo equidem) iuſta eſt ratione ferendũ.
Non patiar, nec fata dabunt hæc robora genti
Luſiadum, vires, animoſi & pectoris artes.
Queis mea facta ipſi ſpolient, ac fama recedat.
Sicut Alexander Magnus, natuſque Philippi
Traianuſque etiam Cæſar, vel filius audax
Tartareo noſtrum merſerunt flumine nomen:
Non ſic, namque prius quàm naues littora tangant,
Et teneat noſtras ductor celeberrimus oras,
Nos talem infando fraudem fabricabimus aſtu,
Vt numquam Indiacos poſſit contingere fines.
En ego Olympiaca deſcendam lapſus ab arce,
Euoluam infidæ, ſimulataque pectora gentis.
Nam recta graditur ſemper, qui tempora rebus
Opportuna ſuis quærit; ſic fatur Olympo
Deſcenditque alto, furijs turbatus iniquis,
Et mente inſana Lybico conterruina praſſo
Littora nota petit, formam, geſtumque recepit
Humanum, vt poſſit melius contexere fraudem,
Induit infandi faciem, vultumque ſenilem
Mauri in plebe ſatis famaque, & nomine noti,
Et quem corde vafer ſapientem rector habebat,
Ingreſſuſque altam rectoris callidus aulam,
Deprompſit tales fallaci è pectore voces.
Hi quos humana recipis tu mente rapinam

Immanem, totoque exercent æquore furtum:
Nam mihi fama celer varijs ex gentibus orbis
Diripuiſſe rates, vrbes, ac oppida narrat,
Appellunt vafro dum incautos pectore portus;
Decipiuntque homines oblato fœdere pacis.
Quin etiam & regnum pelagi, naueſque per illud
In varias mundi partes opulenta trahentes
Dona premunt, capiuntque, ac captos funere mæſto
Conſumunt, miſeroſque homines ad tartara mittũt,
Et longo inſidias componunt tempore, fraudes
Inſimulant, finguntque dolos, queis regna ruinam
Hoſtilem videant Maurorum, vtque omnibus atra
Fata ferant, rapiant merces, ac morte cruenta
Afficiant charas vxores, pignora captent
Noſtraque, ſũ certus quamprimum ad littora nautas
Venturos, vt aquam faciant, pænuria lymphæ
Sæua premit, venietque ſimul cum milite ductor
Armato, namque omnis eum ſtipata virorum
Turba teget, certum eſt: ſimulata ex mente nefandus
Naſcitur ipſe metus, damnataque corripit oſſa.
Inſidias debes, fraudemque parare piratis,
Teque, tuaſque tegant occulta ſilentia Mauros,
Namque dolum incauti, ſeu ficta pericula Luſi
Non fugient, dignaſque dabunt pro crimine pænas,
Debita poſtrema vitent ſi præmia mortis;
Naucleros mitte aſtutos, & fraude ſagaces,
Qui miſeros ducant ad ſumma pericula vitæ,
Sæuaque robuſtæ cauſent diſcrimina claſſi:
Quæ ſimul infando deprompſit pectore. Rector
Init in amplexus Mauri, gratatur amicum

Conſilium

Conſilium,laudatque ſenis prudentis amorem:
Nec mora,conſilium exequitur, belliquе parauit
Arma, quibus fundendus erat pro flumine ſanguis,
Vtque magis cælet fallaci in pectore damnum,
Nauclerum quærit,quo non præſtantior alter
Et dare verba viris,& fictum fallere curſum,
Atque illum ad noſtrum ductorem mittit,vt arte
Diſſimulet,fallatque ducem,& ad vltima ducat
Fata,docens hominem,quòd talia littora luſtret,
Et claſſem infeſtam tales appellat ad oras,
Vt numquam excidiũ euadat,miſeramque ruinam.
Iam Phœbus radijs totum luſtrauerat orbem,
Ardebant nimio Nabathæaque regna calore,
Cum Gãma inſtituens optatos quærere fontes,
Arma,duceſque parat,veluti ſi conſcia fraudis
Mens animoſa foret,furit vndique nauita Marti
Deditus exoptat iam iam committere bellum,
Atque hoſtes ſuperare,ferox bombarda trementem
Cymbam ornat, ſonitu trepidat tunc littus auarum,
Nam mens non fallit caſus præſaga futuri.
Auget & infandam fraudem,quòd iuſſerat ante
Quærere nauclerum claſſis,ſed Marte paratus
Maurus erat populi miſeri,qui fræna gubernat,
Reſponſumque dedit minitans,plenuſque veneno.
Tres ideo ducunt Luſos ad littora cymbæ,
Prouidus atque ſciens magnum committere crimen
Qui diro fidit,quem numquam nouerat,hoſti.
Ecce autem paſſim Maurorum ſæua caterua
Huc illuc armati incedunt,ille ſagittas
Emittit,durum clypeumque ex ære ſiniſtra

Subligat,

Subligat,hic alius pharetram ſuſpendit eburnã
A collo,fuluum laterique accommodat enſem,
Vt prohibere queant haurire è fontibus vndas.
Inſidias alij tendunt,ad prælia pauci
Inuitant Luſos,facilè vt victoria noſtros
Decipiat,pereantque omnes in caſtra ruentes.
Non patitur ductor Luſus,nec miles iniquos
Concurſare canes per littora feruida,Mauros
Gentibus inuictis rabidoſque oſtendere dentes;
Sic terram capiunt,ſic tranſilit æmula pubes,
Et ſic robuſto calidam pede calcat arenam,
Vt nullus primam poſſit ſibi ſumere palmam.
Non ſecus ac quando diro in certamine currens
Lætus amans iuuenis cùm pulchram cernit amantẽ
Indomitum horribili perquirit pectore taurum,
Obijciens ſeſe clamans,& ſibilat amens.
At bos cornigeram frontem declinat, & iſtum
Præuidet,atque oculos ad talia vulnera claudens
Proijcit,atque ferit,multoſque occidit ouantes:
Pergere ſic videas Maurorum in prælia Luſos,
Inſequitur ſonitus bombardæ dira minantis
Funera ſulphureo,quæ puluere plena ruinam
Maurorum,& magnis ſimul afficit ictibus vrbes.
Plumbea glans ſequit iam tùm tenuiſſimus aer
Accipiens ſonitum metuendum,reddit & ipſum
Horrendum,infidi pectus iam decidit hoſtis,
Et timor infamem conſtringit corde cruorem:
Aufugit hic metuens,vitamque tuetur,at audax
Amittit moriens,& funere mergit acerbo.
Victores Luſi portant ex hoſte triumphum,

ed prius accendunt radiantibus ignibus vrbem,
)iripiuntque domos,& falſi templa Lyei:
am cuperet Maurus non talia prælia rector
'entare,& timido noſtros inuadere ferro,
)iſplicet,& bellum iam deteſtatur iniquum,
:onſiliumque ſenis damnat, damnatque cruentum
lortis opus, damnat genuit qui ventre, parentem;
.ufugiens ſæuas mittit poſt terga ſagittas
laurus iners timidus poſtrema pericula vitans
nualidis celeres pedibus timor addit & alas,
lũc lapides nunc ligna volãt,metus arma miniſtrat,
erfida deſeritur modico parua inſula tractu,
lic natat,ille maris luſtratur fluctibus,alter
mittit vitam,aſt alius freta concita ponti
cindit,& ad terræ breuiter confinia tranat,
t quidam curuis curas deponit in vndis,
ic bibit æquoreum ſimul, & vomit ore liquorem,
lumbea glans animos Maurorum deprimit, altam
arbara gens cladem cernit, populique ruentis
xtremum deflet caſum, lacrymatur,& vrbis
xcidium rector,quam conſpicit vrere flammas:
c Luſitanus truculento pectore Mauros
incit,& aſportat crudeli ex hoſte triumphum
ictores pleni ſpolijs,& diuite præda.
: ſine Marte onerãt lymphis dolia ampla feruntq;
d naues dulcem nullis prohibentibus vndam.
)nſpicit interea proles Mahometica noſtros
'rantes ripa Luſos,accenſa dolore,
que ira antiquum fouet alta in mente venenum,
ruerſaque aliam meditatur pectore fraudem.

Imperat

Imperat eximiæ committere fædera pacis
Maurorum rector,fallaci & corde dolorem
Fingit,& incæptum deplorant lumina factum,
Pœnitet atque doli,ſed non percepit iniquo
Dux animo Maurum petere arctæ vincula pacis,
Et fictam infauſto pacem pro funere mitti.
Ecce iubet falſo promiſſum fædere nautam,
Qui noſtras latè diſtantes æquore naues
Ad vada ſalſa trahat,queis dira occumbere morte
Luſiades poſſint, ruat & iam naufraga puppis
Diuiſa in partes,nec portum appellere detur.
At Gāma inuictus,quem venti ac vota vocabant
Incęptas tentare vias,& ſoluere factis
Vela notis ſtatuit,dulceſque requirere portus
Auroræ, varijs finemque imponere curis.
Accipit infeſtum nauis prætoria nautam,
Quem læta recipit falſum dux fronte,ſecundis
Carbaſa dant ventis,hilares retinacula ſoluunt
Nautæ, & ſublimi ſpumas ſalis ære ruebant,
Nereidumque chorus claſſem comitatur euntem,
Neptunuſque pater ſequitur quem cætera diuum
Turba,ſecat lætus ſpumoſaque cærula Nereus.
At Gamma incautus,qui nullam pectore fraudem
Naucleri verſat,terras,ac littora ſana
Mente rogat,nautæque iubet narrare doloſo
Auroræ quantum locupletia littora diſtent.
Aſt fraude inſtructus Maurus ſe cuncta roganti
Exponens melius parat illum ad funera, Bacchus
Sic hominem falſa ſimulatum inſtruxerat arte,
Et quærit noua damna duci,claſſique ruinam,

Iam gens Lyſiadum menti dum credit iniquæ,
Nulla dabat vultu manifeſti ſigna timoris.
Quin Gammam fallens Phrygios velut impius olim
Decepiſſe Sinon fertur. Iacet inſula, ſedem
Qua poſuere viri, Chriſti qui ſancta ſequuntur
Dogmata, baptiſmique luunt peccata lauacro.
Omnia Gamma tamen fidenti percipit aure,
Nuncia dant animo læto noua gaudia, donis
Nauclerum inducit, quòd tales ducat ad oras
Naues vt videant ſummi ſua lumina Chriſti
Sectantes præcepta, ſacræque lauamine lymphæ
Ablutos, Romæque ſedilia ſancta colentes,
Hæc eadem Mauro fuerat mens, Inſula namque
Horrendos turpis retinet Mahometis alumnos,
Hic putat excidium, poſtremaque funera Luſis
Impendere, dolus latè, & fraus impia vires
Accipit, inſidiaſque parat nauclerus acerbas.
Quiloa namque vrbs eſt latis circumdata muris,
Et bello inſignis cæli ſuper æthera fertur.
Nauta ſuum lætus curſum direxit in illam.
Sed Cytherea Venus certum deperdere naues
Nouit iter mortem Ducis impendere nefandam,
Non patiens caſum gentis, quam ſemper amauit
Littore in ignoto terris, mundique remotis
Oppoſitos mittit ventos, queis littora tangant
Diuerſa, atque aliam veniat iam claſſis ad oram,
Attamen infauſtus cum iam fruſtrata videret
Nauita penſa, aliud molitur iniquius Afer,
Atque has conſtanti deprompſit pectore voces.
Impetus vndarum & furiæ huc illucque vagantum

Nunc

Nunc prohibent curſum optatum, ac inuertere ve
Oppoſitam mundi in partem,verum altera iuxta
Inſula lata iacet,cuius colit oppida Maurus,
Chriſticolæque ſimul vaſtis circumdata campis.
Omnia falſa tamen fallaci prompſerat ore;
Namque ibi Chriſticolæ nũquam ſibi ponere ſed
Conſtituere,pio & templum fabricare Tonanti;
Solùm infauſta colit proles Mahometica campos.
At pietate grauis Mauri mendacia credens
Gamma iubet nautis ad terram obuertere proram.
Dirigit & falſos ad barbara littora curſus,
Sed Venus alma volens vitare pericula Luſis,
Non ſinit vt littus teneant,ſed vt anchora celſis
Dimiſſa è proris laceras liget ipſa carinas.
A terra modico diſtabant inſula ponto,
Vrbem habet inſignem fundatam in littore,murus
Circuit;& varijs decorant ambagibus ædes.
Mombacæ nomen terræ,ſic nomen & vrbis.
Rex tamen illius ſenior moderamina tractat.
Infauſtam appropriat tunc infelicibus oram
Auſpicijs Dux Gamma,trahit laudanda voluntas
Magnanimum heroem,ſolũ vt te,Chriſte, equente
Conſpiciat populos, cæleſteque lumen adoret.
At Rex ipſe viros mittit,qui voce ſalutem
Aſportent,ſed corde necem,qui ducere ad intra
Cogant,& naues tranquillum appellere portum,
Vt manifeſta ſui tollantur ſigna timoris.
Fecit & hoc quoniam tali illum inſtruxerat arte
Alterius Mauri veſtitus imagine Bacchus.
Quattuor hi ſanctæ tentant componere pacis

ædura,ſed læthea manent ſub melle venena,
Quæ patuere duci, poſtquam retinacula ſoluit,
Claſſis & ingreditur vento deducta ſereno.
O (dolor) infauſtæ miſeranda pericula vitæ!
O iter incertum,miſeri quo pergimus omnes!
Ecce vbi noſtra ſuam figit ſpes vltima ſedem,
Eſt ibi nulla quies,ſed mors, varijque labores:
Qui maris Oceani proſcindit puppibus vndas,
Quas patitur furias ventorum, & damna furentum,
Præſentem quoties intentant omnia mortem?
Eripiunt quoties nubes,cœlumque,diemque
Nautarum ex oculis,ponto & nox incubat atra?
Mars mouet in terra mentes,nunc bella cruento
Sanguinolenta parat ſtrepitu,nũc fraudibus orbem
Deſtruit,& malè ſuada fames, & turpis egeſtas
Pectora noſtra quatit,labor improbus omnia vincit,
Quo nos? quo tandem mortalis mæſtus abibit
Atque incautus homo? breuiter quo trãſigit æuum?
Quo ſecura quies vitæ? quo ponere certas
Curabit ſedes? ibi quòd domus aurea celſi
Ætheris in miſerum non triſtia fulmina vibrat,
Et paruum vermem crudelibus obruat armis.

INCI-

INCIPIT
LIBER II.
LVSIADVM.

ARGVMENTVM.

*REfert hoc libro Poeta, quid in Inſula Mom-
bacæ Gammæ euenerit, & ſimul refert aduen-
tum nauium, ad Melindanam ciuitatem.*

1. LVmine iã pulcher terras luſtrarat Apollo
Qui certũ varias motũ diſtinguit in horas
Immensũ obſcurãs picea caligine mũdũ
Venerat optatã ad metã, curſuque peracto
Aureus Oceano formoſa abſconderat ora,
Nocturnuſque Erebi pandit Deus oſtia, quando
Infidi ad celſas intentant ſcandere Mauri
Littore firmarant, quas tunc retinacula, naues.
Quattuor ex illis fuerat ſapientior vnus,

Morti

Mortiferum cui cura fuit celare venenum,
Et ſimulare dolum, ficta ſic voce profatur.
Inclite Dux, animoque ferox, qui marmora ſulcas
Neptuni, ſalſamque viam, Rex pectore læto,
Qui regit hos populos, placidaque in pace gubernat,
Luſiadum ingreſſum, fortiſque ad littora claſſis
Gratatur, tantamque pius corde haurit amico
Lætitiam, vt ſolum te te intra mænia charo
Hoſpitio excipere, & conſtantes reddere dextras
Exoptet, dapibuſque tuas onerare carinas,
Teque videre ducem fama ſuper æthera notum
Poſtulat ancipitem deponens corde timorem
Littora fida petas; fidum portumque ſubintres,
Tum quia gens varios tolerauit Luſa labores
Æquora Neptuni ſulcans, renouare licebit
Defeſſos artus, larga & faſtidia ſæui
Marmoris in placidæ reparabit ſedibus vrbis:
Nam defeſſa petit dulcem natura quietem.
Si vero ingentes, quas profert aurifer Indus,
Inquiris merces, ſi cariophilla requiris,
Et piper igniuomo qui frigida temperat æſtu,
Quæritur aut adamas rigidus, claruſque rubinus,
Chriſolithus, fului lucemque topazius auri
Oſtendens, totum inuenies dux maxime noſtris
Vrbibus, & poteris metas imponere curis,
Charaque dilectæ remeare ad littora terræ.
Reſpondit dux Gãma viro promiſſa Tyranni
Complacuiſſe ſibi, & regalia nuncia grato
Accepiſſe animo, conſtanti abſcondita mente;
Sed quia Sol tumidis Neptuni tingitur vndis

Haud regi parere poteſt,portumue ſubire,
At poſtquam nitida radiarit lampade terras,
Qua nautę ducant naues,nullumque periclum
Pertimeant,complebit ouans mandata,timorem
Deponens,naues & ad vltima littora ducet.
Præterea quærit,ſi dulcia dogmata Chriſti
Sectantes habitent terras,vt Nauta ferebat.
Nuncius aſtuto reſpondet pectore,rupes
Incolere,& curuo proſcindere vomere campos
Chriſticolas; Gamę ſincero à corde timorem
Sic aſtutus ouans depellit Maurus,iniquo
Fidit Gāma viro,notamque remittit ad vrbem
Damnatos quoſdam capitali crimine,caſus
Quos ſecum in ſimiles ducit,binoſque quietus
Elegit ex illis,fidos Mauriſque ſodales
Addidit,vt proprio ſublimem nomine Regem
Inuiſant,dextræ regalique oſcula figant.
Inſtruxitque viros, Maurorum vt mænia,& vrbem,
Roboraque ipſa notent,& ſi ſint vrbe Tonantis
Qui præcepta colant veri,qui pectora ſacram
Ante Crucem ſternant, & Chriſti numen adorent.
Munera larga ferunt falſo ditiſſima Regi,
Quæ Gāma in ſignum ſtabiliti mittit amoris,
At contra fallax truculentam pectore fraudem
Concipit,& Gāmę Rex cuncta incōmoda tractat.
Iam Mauri vento, tonſis,& cærula velis
Scindebant, vrbem & læti de more petebant.
Excipit hoſpitio binos Rex littore Luſos,
Fallaci ſed corde,eadem plebs ſubdola fecit;
At poſtquam vafro tradunt noua munera Regi,

Nunciaque accipiunt,& reddunt rite,plateas
Decurrunt vrbis,Mauortia Mænia ſcandunt,
Atque domos,& templa notãt, veſteſque,modoſque
Sed non cuncta vident, quoniam gens perfida Luſis
Abſcondit quæcumque petunt,cupiuntve videre:
Namq; vbi fraus regnat certũ eſt quod texere nodos
Cogitet,atque dolos moliri in pectore cunctos.
Attamen ille Deus,cuius nitor ore refulget
Perpetuo,cui bina parens,cui vertere claſſem,
Et ruere in ſcopulos,& cui fallacia curæ,
Humanum oſtendens vultum, formamque litantis
Chriſticulus fœdæ latitabat in ædibus vrbis.
Vtque magis fraudem occultet,fabricauerat aram
Excelſam,genibus flexis pia numina adorat.
Spiritus omnipotens, diuinuſque halitus oris,
Hic erat in ſpecie,qua apparuit ille, columbæ:
Vnica mater erat Phænix pulcherrima Virgo
Biſſenis ſociata viris, queis omnia mundi
Conceſſum varijs dignoſcere littora linguis,
Numinis aduentu decorat lingua ignea frontes.
Spiritus aſlabat cunctis, cunctoſque replebat
Nectare cæleſti,diuino & numine. Bini
Poſtquam hæc aſpexere viri pietate, fideque
Procumbunt genibus flexis,& flamen adorant
Diuinum,& duplices tendunt ad ſydera palmas.
Thura Thyonæus calidis Phanchaia flammis
Vrit,& auratas Nabathæo fumat adore,
Atque adolet celſas,ceraque bicorniger aras.
Hoſpitium hic bini lætum accepere ſodales
Chriſticolæ, latuitque ſimul fallacia Bacchi,

Aſt vbi fulgentes radios diſperſit in Orbem
Phæbus,pulchra ſuis rubuitque aurora quadrigis,
Ad naues Mauri redeunt,ac iuſſa faceſſunt
Regis, qui multis contendit ſubdolus omnes
Portum intrare rates precibus, Gamamque videre,
Secum etiam binos curarunt ducere Luſos,
Qui conſpecta duci narrent, mora quælibet angit
Pectora,vt aſpiciat fallaci in littore ritus
Chriſti ſeruantes,& numina vera colentes.
Indicat à puppi retinacula ferrea ſoluant
Gamma,atque vt naues ſinuoſi fluminis vndas
Proſcindant;bini Luſi ſe altaria narrant
Et vidiſſe ſacras aras,ſacrataque templa,
Et vatem,qui thura dabat fumantibus aris,
Virginis ac Matris numen cæleſte colebat.
Quin & bis ſenos Chriſti aſpexiſſe ſodales,
Atque ibi defeſſos artus ſumpſiſſe ſoporem,
Dum lucem occultat tenebris nox humida, regem,
Et populum tanto perfuſos corda fauore,
Vt nullus poſſit dolus,aut fraus vlla latere.
His quoque deceptus recipit Dux Gamma doloſos
Lætantes Mauros,animus nam candidus vllam
Non ſentit fraudem,cum iam tot rector amoris
Signa daret,ſcandatque rates ſic impia noſtras
Plebs,& conueniant,alimentaque turpia portent.
Verum illis nimium ſedet alto in corde voluptas,
Et iam Luſiadum magnam diſpergere fraudem
Turba putat,laceraſque pati diſcrimina naues.
Interea ſæui fallaci Martis in vrbe
Arma parabantur,queis vt Dux Gamma ſubiret
Ingreſ-

Ingreſſum portus, ac anchora ferrea naues
Firmaret,cunctas audax inuaderet hoſtis,
Atque dolo Luſis ſtatuebant vltima nautis
Fata dare,incautoſque viros ſubmergere ponto,
Geſtaque ſic luerent,quæ dudum facta fuerunt;
Anchora de prora magna vi ferrea ſurgit,
Et ſolitum exercens robuſtus nauta Celeuma,
Anteriora noto perflanti carbaſa ſoluit,
Inclinant naues ad calida littora proras.
Aſt Erycina Venus placido pulcherrima vultu
Obſeruat ſemper veteris pia pignora Luſi,
Magnanimoſque viros vitare pericula curat
Et nunc inſidias Maurorum fraude paratas
Perſpicit, ab nitido tumidum petit æthere pontum,
Conuocat & Nerei natas de ſanguine Nymphas,
Quas etiam æquorei comittantur cætera ponti
Numina,nam ſalſi prognata eſt æquoris vndis,
Oceanus, Triton, Protheus, Neptunus,& omnes
Nereides Veneri parent,queis illa citati
Deſcenſus cauſas proponens,littora quærit
Mombaçæ,reliquaſq; trahit per marmoraNymphas,
Vt cunctæ impediant,ne claſſis naufraga diros
Incidat in ſcopulos,teneat vel littora gentis
Barbaricæ,noſtræ vitentque pericula naues.
Nympharum ſpumas argentea cauda citatum
Excitat ob curſum,formoſo pectore Cloto
Scindit aquas maiori,quam ſolet illa, furore,
Saltat Niſe ſuis,Nerine viribus vndas
Tranſilit, & nimium criſpantia marmora tranat,
Nereidis aperitque viam correpta timore

Candida lympha maris, volat æquora turba Deorũ,
Thritonis vehitur tergo Venus alma, Dionis
Nata viamque rapit nitido placidiſſima geſtu,
Nullum ſentit onus, nimiumque ſuperbus ouanti
Pondere, ſurgentes ſulcat rapidiſſimus vndas.
Iamque ferè accedunt, tumidus quò carbaſa ventus
Implet, mox celeres circundant pinea Nymphæ
Texta, ratum impediunt curſum, prætoria nauis
Siſtit & aduerſo regitur ratis inclita clauo,
Incaſſumque notus turgentia vela mouebat;
Nam Dea fallacis concluſerat oſtia portus,
Quædam etiã proris pulcherrima pectora Nymphæ
Opponunt, coguntque ratem ne tendat in oras:
Aſt aliæ properant curſum, circumque natantes
Compellunt naues infauſtum linquere littus.
Tempore ceu verno cum cognita ad horrea portant
Formicæ pondus magnum, vireſque potentes
Exercent, ſæuam vt brumalis frigoris iram
Effugiant, pluuiaſque, ac diros temporis imbres.
Tunc illas fera cura premit, magnique labores
Pectora concutiunt, mirum moſtrantque vigorem:
Sic placidæ impediunt metuenda pericula Nymphæ
Luſorum, & primæ vitant diſcrimina nauis.
Ecce retrocedit vehementi robore ducta
Puppis, & inuitis aliò ſecat æquora nautis,
Qui de more ſonos tollunt, ac æthera magnis
Vocibus attoniti feriunt, ac carbaſa vertunt
Atque ingens clauus nunc huc, nunc voluitur illuc.
Clamat & aſtutus celſa de puppe magiſter
Cum videat ſcopulum minitantem nauibus ante

Perniciem extremam,diram Luſiſque ruinam.
Tollit & horrificum defeſſus nauta Celeuma,
Mirantur Mauri voces,ac ſi horrida Martis
Bella gerant homines, & brachia ſæua cruentent.
Ignorant quæ cauſa iræ,quæ cauſa furentes
Compellat nautas ſuperam clamoribus aulam
Rumpere,& auxiliũ trepidans ſibi quiſque requirit.
Hoc vnum mentem fraudes patuiſſe,doloſque
Dilacerat,trepidi mortemque,& funera Mauri
Expectant,meritaſque doli tunc ſoluere pœnas.
En ſubito ſeſe ad paruas(mirabile)lyntres
Præcipitant,alij ſaltant ſuper æquoris vndas,
Atque fugam properant,nautæque ad littora tendũt,
Nam metus interior bacchantia pectora pulſat,
Oceanique vndis malunt deperdere vitam,
Quam furijs tradi,ſæuiſque occumbere dextris
Luſiadum.Sicut quondam furioſa caterua
Syluеſtris Lyciæ ranæ ſi forte palude
Quemque venire vident radijs dum ſolis amicis
Lætantur ripis,placidam cupiuntque quietem
Hinc inde vnda ſonat,timidæque in flumina ſaltant,
Et latebris paruis,quas noſcunt,corpora condunt,
Solaque commotis oſtendunt tempora lymphis.
Sic fugiunt Mauri,Maurus fugit ipſe magiſter,
Cum fraudem notam eſſe ſuam cognouerit amens.
Sed ne in ſaxa ruant rapido circundata ponto,
Et charam amittant vitam,clademque carinæ
Extremam videant,iacitur magna anchora naui
Et ligat.Interea puppis prætoria velum
Colligit,at aliæ dimittunt carbaſa iuxta.

Tunc Dux Gãma fugas hominum, falſiq; magiſtri
Conſiderans, fraudes Maurorum nouit,& ipſas
Ventis abſque rates volui,rapidique fluentis
Fluminis imperio conuerſum tendere curſum,
Sic fatur lacrymans cæli miracula credens.
O dubij caſus!ô res incognita nobis!
Dimiſſa æthereis ô clara negotia cælis!
O fraus infelix,ac ingenioſa!doloſo
O gens corde ferox,& perfida,barbara Mauri
Quis poterit falſæ vitare pericula fraudis,
Tum ſi Chriſte viris tribuas errantibus auram
Sydeream, & diuina manus cuſtodiat omnes?
Ecce autem nobis vt prouida numina monſtrant
Fallaces hominum mentes,fallacia portus
Littora Mombaçæ noſtræ fiducia vitæ
Queis poſita eſt;at fraus caput extulit impia vafrum.
O miſerum caſum,quem non prudentia mundi
Conſequitur,ſi non diuino numine tecta!
O tu,qui nutu terras,ac aſtra gubernas,
Hos quoque defendas,ſine te qui viuere tuti
Non poſſunt,ſerua ſacro munimine Luſos.
Audiuit Cytherea Venus pia verba, relinquit
Ducta ducis precibus, Nymphaſq; & numina,charæ
Queis fuga certa Deæ fuit ingratiſſima,læto
Nam Venus aſpectu tribuit noua gaudia Nymphis.
Iam nitidi penetrat fulgentia ſydera cæli,
Iam recipit pulchram Dominam,quæ præſidet illi,
Tertia ſphæra,volens vltra ſe mouit ad orbem
Sextum, quo ſuperas moderatur Iupiter aulas.
Et talem ex motu contraxit læta ruborem,

Vt

Vt raperet ſtellas, facieque incenderet aſtra,
Aeraque, ac ſuperos,quibus obuia pulchra trahebat
Ex oculis,queis ſæpe puer nidum efficit illex,
piritus emanant viui,quos ſpirat,amorem
Concilians,rapienſque animos pia corda fatigat.
Quin & vtrumque polum flagrantem vertit in ignẽ,
Cum nimium rigeant hyemali frigore preſſi,
Vtque magis traheret terræ,cælique Tonantem,
Quam ſemper fuerat magno complexus amore,
Illi ſe monſtrat,qualem monſtrauerat olim
Paſtori Idęo,fatalia præmia pomi
Vt raperet,miræque foret ſibi gloria formæ,
i Venerem Actæon vidit, ceu forte Dianam
Vidiſſet,nunquam cornuti in corpora cerui
Mutaſſet ſpeciem, canibus vel præda fuiſſet.
parſerat illa ſuos per eburnea colla capillos
Qui niuem obſcurant,fuluum inſectantur & aurum,
Aurea fila nitent,rubro ſtant labra colore,
cintillant oculi ceu ſydera,fronte vireſcit
Par honor,á ſuperis qualis ſolet illa videri.
edibus æthereis ſentit iam quiſque nefandi
Vulcani furias,& turpes Martis amores;
Triſtitiam pariter,mixtum riſumque ſereno
Oſtendit vultu:ſicut cum incauta puella
Incauti queritur rixas,& ridet amantis:
ic Venus aſtantes inter pulcherrima Nymphas
Delicioſa magis,quam triſtis, corde querellas
Has tunc depromens ſuperum ſic fata parentem.
O Pater alme tuo fore pignora noſtra putabam
Auxilio defenſa,meo quæ in pectore ſeruo,

Præbereſque illis manifeſti exemplar amoris,
Quamquam falſa prius miſceret prælia Bacchus.
Sed cum me contra furijs agiteris acerbis,
Inque meos diras mediteris corde ruinas
Quin ego patrarim contra tua numina culpam,
Et ſemper falſi fiant optata Lyęi,
Me me infelicem reputabo denique natam.
Hic meus eſt populus Luſorum,lumina fundunt
Pro quibus incaſſum lacrymarum flumina,gentem
Proſequar ecce odio,cum te contraria ducant
Fata mihi,noſtrumque tuo de pectore votum
Decidat,& Bacchi ſolum tuearis honorem.
Gens tandem manibus moriatur Luſa doloſis
Maurorum ſiquidem infelix ego. Verba reliquit
Imperfecta cadens,& delicioſa rubentes
Protulit ex oculis lacrymas,queis irrigat albas
Ipſa genas,ſicut roſa candida rore rigatur
Atque ſilet lacrymans,veluti ſi verba refrænet
Dentibus.En ſequitur voces ſed Iupiter,auri
In ſolio reſidens,natæ pia vota recordans
Impedit hic Venerem cupientem dicere plura,
Et lacrymis motus,quæ immania pectora Tygris
Molirent, vultu lætus,facieque ſerenus
Extergit lacrymas,atque imprimit oſcula natæ
Captus amore Deæ collum amplexatus eburneum,
Atque ita ſi placidum ſociaret ſola Tonantem
Ventre nouum ſane puerum generaret amorem.
Ille ſua faciem Veneris compreſſit,& ardens
Singultus varios, lacrymarumque auxerat imbres.
Non ſecus,ac quando Nutrix reprehendit amatum

Infantē

Infantem, quiſquis puerum mulcere parabit,
Ex oculis plures lacrymas effundere coget.
Sic Pater Omnipotens iratæ vt viſcera natæ
Comprimat, & placidam captent turbata quietem
Multa ſupra ſortes monſtrans oracula Luſos,
Immenſos Veneri caſus, pia fata reuoluens,
Præſentes reddit, tandemque hæc ore profatur.
Filia pone metum Cytherea, pericula Luſos
Nulla prement, nullus coram me nata valebit
Pluſquam profuſis lacrymis tua lumina, cælo
Lumina quæ vincunt nitidi radiantia ſolis.
En tibi polliceor geſturos talia Luſos
Prælia in Auroræ regnis, & tale futurum
Martis opus (Luſi pugnæ iam accerſite tempus)
Vt fama inſignis Danaum, victoria, nomen,
Geſtaque Romulidum ſtygium mittātur ad Orcum,
Lætheumque bibant immania facta liquorem,
Nam ſi facundus diuina Palladis arte
Calypſum fugiens diſcrimina vitat Vlyſſes,
Proditor Antenor captæ poſt pergama Troię
Diruta ſi potuit fontem ſuperare Timaui
Hic vbi precelſis iacet Antenoria muris.
Si Pius Æneas ſæuę Scyllæ, atque Charybdis
Et vada ſalſa maris, fallaciaque æquora vicit:
Tentabunt Luſi immenſi noua littora mundi,
Et mayora viris miracula ſacra patebunt.
Extructas vrbes, & mænia celſa videbis
Ædificare viros, horrendas robore turres.
Aſpicies Turcas audaces Marte ſubactós
Luſiadum imperio deuictos, ſæpe triumphos

Famige-

Famigeris duci manibus poſt terga ligatos,
Indiacos, placidaq; qui ſunt in pace, tyrannos
Soluere Luſorum Regique tributa potenti,
Regibus & multis iuſtas imponere leges.
Aſpicies Gammam, modo qui per cærula quærit
Indiacos portus,terraſque, & littora curſu
Vrgenti inquirit,quà pulchra aurora refulget,
Neptunum metuiſſe Deum,Thritona canoram
Abſcondiſſe tubam,caput occultaſſe ſub vndis
Nereides,horrendi & cætera numina ponti
Contremuiſſe metu,& lymphas criſpaſſe marinas.
Quin Deus horribiles emiſit Æolus auras
O caſum inſuetum,ignotum! mirabile viſu,
Naturæ exemplum. Quis nam ferueſcere vidit
Oceani latices vento aſpirante ſereno?
O gens Luſiadum,gens ò fortiſſima mundi,
Quos elementa tremunt nimio correpta timore!
Littora conſpicies dulces prohibentia lymphas
Hoſpitium præbere illis,quæ tempora ponto,
Oceanique vndis conſumunt multa carinis:
Portus erit feſſis,ſtatio & tutiſſima nautis,
Lyſia quos mittet varias Orientis ad oras,
Denique mortiferum quæ littora falſa venenum
Nunc parat,hoſpitium tribuet,tribuetque tributa,
Submittent iugo capita impia fræna ferentes
Mauri,nec forti poterunt obſiſtere Luſo.
Aſpicies rubeum notum ſuper æthera pontum
Pallore inſolito ſolitum mutaſſe colorem,
Et regnum Ormuzium bis claro ſanguine captum
Luſiadum,veſtroque iugo iam Marte ſubactum;

Quo

Ꝗuo iaciens Maurus truculento corde ſagittas
ccipit auerſo crudelia vulnera vultu.
Nam qui bella gerunt Luſis (ſic fata tulere)
rælia dira ſibi,damnumque inferre parabunt.
ſpicieſque arcis fortiſſima mænia Dio
mpugnata ſatis,ſed Luſo robore tuta.
Hic pretium,vires,animus monſtrabitur, iram
Concipiet mauors,comburet & æmula virtus
ectora,Luſorum caſus cum viderit amens.
unc ferus extremam profundens ore querellam
Contemnit turpis Mahometica dogmata Maurus.
nſula pulchra iacet placido circundata ponto,
Quæ Goa nomen habet,Regum quæ maxima ſedes
Marte ferox,opibus fæcunda,& viribus audax.
Deſeret hanc duplici fruſtratus Marte Sabayus,
tque illam capient,& non ſine ſanguine Luſi,
oſteaquam forti fuerit moderamine tecta,
urorӕ imperijs multis dominabitur annis,
Et ſublimis erit Luſis decorata triumphis.
Hæc,quæ fallaces ſuperos colit ardua,gentes
rænabit,frænumque ferent in ſęcula, quique
Excitat aduerſus validos bella aſpera Luſos.
Ecce Cananoriam fortis Laurentius arcem
Defendet,ruptas & pauco milite turres.
Ecce Calecutij quoties inſignia miras
Diruta per terras patientur mænia clades.
er mare quot claſſes perdet,quod piſcibus eſcas
Maurorum tunc Luſa dabit,quot gentis aceruos
Dextera,& inuictum quot Regem damna ſequẽtur?
Deprimet excelſas quot bellica turba carinas!

Nayrus

Nayrus & ad bellum peltis,atque enſibus aptus
Decidet,& trepidus medijs occumbet in vndis.
Magnanimi aſpicies,metuendaque facta Pachequi,
Ad cuius laudem cytharam pia muſa requirat
Altiſonam,celebri vt cantet tot carmine monſtra.
Cochinum quantis defendet cladibus vrbem!
Atque Calecutij quoties vada ſalſa petenti
Intercludet iter? Regem rameare peremptis
Agminibus,ſolitas cogetque reuiſere terras.
Nunquam cum Cæſar furioſo Marte ſuperbus
Auſonium iniuſtum vicit,quem Nilus ouantem,
Et Bactrus Scthicus vidit, prædamque ferebat
Ingentem,Ægypti diro ſuperatus amore
Reginæ, vrgerent plusquam ciuilia ponto
Actiaco,feruet Leucate,& fluctibus aurum
Effulſit,ſicut furijs maria alta videbis
Feruere Luſorum,Nereique incendia ſalſas
Dira pati ſedes,cum forti Marte feroces
In fera bella ruent,vinclis Mauroſque ligatos,
Diuerſaſque ferent gentes,populoſque ſuperbos,
Et reges victos, & regna opulenta triumphis
Ad iuga ſancta trahent,victi ſoluentque tributa.
Pondera diues opum capiens ceruice Malacha,
Et Cherſoneſus,vimque experientur Achenſes
Infeſti Luſis,qnin & tua littora verrent
China rates ducens cunctas Orientis ad oras
Totus & Oceanus parebit filia Luſis,
Subditus,vt nunquam Gaditanus robora pontus
Talia conſpiciat, Boreaſue,aut littora ſigno
Subiecta Auſtrali,quæ Magalhaneus olim,

Reperit,à Luſis furijs commotus iniquis
Deficiens regnis,charam patriamque relinquens,
Quanquam defuncti Regeſque,duceſque reſurgant,
Robora florebunt nunquam maiora virorum.
Hæc vbi dicta dedit,natum de ſanguine Mayæ,
Atque ſuo,fortis Mombaçæ ad littora mittit,
Pacificum vt claſſis teneant,portumque quietum;
Neue moram faciat falſa dux inclitus ora;
Iuſſa paterna parat,ſumens Cyllenius alas
Aera tranſgreditur,claſſemque inuiſit amicam.
Tunc forte excubias agitans Dux Gama labores
Hoſtis,& inſidias inimico in littore verſat.
Tempore,quo mundũ immenſum nox atra tegebat,
Mercurius properat,fatalem dextra ferebat
Virgam,quæ placidum confert funeſta ſoporem.
Hac triſtes animæ triſti reuocantur ab Orco,
Huic parent venti,ventoſiſque Eolus aulis,
Alatumque gerens decorata fronte galerum
Mombacæ portum,falſaſque aduenit ad oras,
Et famam defert,cœlo vt ſe maxima tollat
Gloria Luſiadum,roburque,& pectore vires
Florentes,pretium rarumque,& nomina nota
Artibus his placidis,fama,& rumore coactos
Præclaro populos,& gentes reddit amicas.
Iam iam Melinde Rex,& plebs ipſa videre,
Hoſpitiumque viris longum peragrantibus Orbem
Præbere exoptant,& dextris tangere dextras
Fœderis in ſignum populoſa,atque inclyta ſurgit
Vrbs domibus magni decorantque palatia Regis,
Inde petit celeri Mombacæ littora curſu.

Vt

Vt Gãmam illuſtrem,claſſemque hoc ſoluere portu
Cogat,namque parum valuit vis,robur,& artes
Peruerſam mentem,& fallacia pectora contra,
Nec valet & virtus,nec cauta ſcientia mentis,
Si Deus alme tuis nos non tueare ſub alis.
Iam nox bis ſenas obſcura peregerat horas,
Claraque Olympiaco radiabant ſydera cælo,
Tũc homines capiũt ſomnũ, & genus omne ferarũ.
At Dux,& lacera vigilat plebs cætera claſſe
Ordine,Mercurij iocundum virga ſoporem
Excitat,& cæpit gratum dux carpere ſomnum.
Talia tunc fatur Cyllenius.Inclyte Gamma
Hunc fuge fallacem Regem,fuge littus auarum:
Namque tibi Mauri ſolitas texere ſuperbi
Inſidias, naueſque tuas ad fata reducent
Vltima,ſi poſſunt,diram & patiere ruinam.
O fuge,vela vocant venti,fauet aer,Olympus
Præſidium præſtat, pontus,tempuſque ſerenum.
Rex alius placido capiet te pectore,& ore
Accipiet grato tranquillo littore naues.
Hic tibi non aliud,quam ſit Diomedis iniqui
Hoſpitium,Dux Gamma,patet;qui carne virorum
Infames paſcebat equos,Buſyridis aras
Qui ficto acceptos animo iugulabat,& atro
Sanguine tunc maculabat,cum dimiſit ad Orcum
Alcides,meritaſque dedit pro crimine pœnas.
Hæc tibi certa manent infandi munera portus.
Heu fuge fallaces gentes,mora nulla,recede
Et Lybiæ ignotæ largam lege prouidus oram,
Veracem inuenies portum,falſiſque carentem

Artibus

Artibus,hic luces Sol noctibus aureus æquat,
Rex ibi ſecuro laſſatam pectore claſſem
Accipiet,tutoque dabit requieſcere portu,
Naucleros etiam,qui certo ad littora curſu
Auroræ celſas ducant per marmora naues.
Hæc fatur,ſomnumque leuat Cyllenius. Ipſe
Dux Gama exurgens nimio terrore coruſcis
Aſpexit tenebras radijs,ac luce nitentes.
Continuò nautas , vigilemque è puppe magiſtrum
Admonet,vt placidis dent turgida carbaſa ventis.
Pandite vela notis,ò pandite vela ſerenis,
Nam fauet & cælum , Deus hoc & præcipit , inquit,
Affuit his oculis ſuperæ modo nuncius aulæ,
Qui nos Oceani metuenda per æquora ducit.
His dictis ſurgunt nautæ,metus incitat omnes,
Clamantes de more parant diſſoluere ventis
Vela,rudes promunt robuſto à pectore vires.
Ecce autem obſcura(dictu mirabile)nocte
Audaces funem conantur rumpere Mauri,
Qui retinet nauem,ſcopulis vt fracta periret
Claſſis,& vlterior ceſſaret in æquore curſus.
At Luſus vigilans imitatur lumina Lyncis,
Scrutaturque dolos Maurorum, perfida Luſos
Vt ſentit gens illa,fugam cæpere volantes.
Sed iam ſcindit aquas argenti,ac humida claſſis
Regna,fauet dulcis ventis ſpirantibus aura,
Tunc memori repetunt aduerſa pericula mente.
Nam ſubeunt diri caſus,quos ſæua tulere
Fata viris,quando mortis diſcrimina vitant.
Iam ſemel ardenti curſu Sol voluerat orbem,

Cum procul aſpiciunt ſcindentes æquora binas
Tempore tranquillo naues,Mauroſque putarunt
Nautas eſſe,cito voluentes carbaſa motu:
Sectantur,verum vna mali præſaga futuri
Allidit ſcopulis,Mauri ſed funera vitant,
Luſorum ſine Marte manus ratis altera ſentit,
Et ſine Vulcani radijs horrentibus,amens
Namque metu ductor pauet,& nulla arte reſiſtit.
Et cum Gama ducem nauclerum optaſſet Eoum,
Qui claſſem errantem nitidum duxiſſet ad Indum.
Hos inter Mauros aliquem veniſſe putauit,
Munera qui nautæ exercens deduceret illum
Optatum ad portum,ſed nullus conſcius artis
Nouerat Indiacum littus,nec qua India parte
Telluris iaceat. Longe non affore portum
Melindæ referunt,qua certum quærere nautam
Poſſit,& ingenium laudant ſublime tyranni,
Et verum,ſanum,ſincerum,affabile pectus,
Magnificos etiam mores,humanaque Rege
Munera digna placent Gamæ,veriſſima ducit
Quæ memorant Mauri,quoniam Cyllenius illi
Dum dormit,ſomnumque capit,prædixerat,vtens
Tunc facili vertit turgentia carbaſa vento,
Quá ſacer & vates,& ſomnia ſancta vocabant.
Tempus erat quando validum ſol igneus intrat
Raptorem Europæ,& cornu luſtrabat vtrumque
Lumine,Flora ſuos ſpargebat candida flores,
Cornua Amalteæ capreæ,quæ nutrijt olim
Lacte Iouem,ſuperique relata in ſydera cœli.
Sanctam etiam lucem nitidus reuocabat Apollo,

Qua

Qua Dominus dirã poſt mortẽ ad Tartara Chriſtus
Carcereque eripiens ſtygium ſpoliauerat Orcum,
Poſt triplicem primo lucem ſurrexit Eoo
Gaudia certa viris tribuens,& cætera clauſit
Munera,queis moriens totum inſtaurauerat orbem,
Securam quando claſſis veniebat ad oram,
Qua procul apparent Melindæ interrita bello
Mænia; tunc Luſi decorant Carcheſia læto
Ornatu ſanctæ venerantes inclyta lucis
Feſta,tremunt vexilla, volant per inania longe
Signa,& purpureo rutilant intincta colore.
Ecce ſonant litui,pulſataque tympana,Luſi
Littora ſic lætis,animiſque ferocibus intrant
Gens Mælindanam placidi concurrit ad oram
Oceani,plebs ſana quidem,quæ verior omni,
Barbara quas nutrit ſitientibus Africa campis,
Excipit hoſpitio,luſas mirata carinas
Excelſas,celereſque rates,iacet anchora fundo,
Alligat & naues;tunc Dux Gama inclytus vnum
Ex captis mittit,qui fidum ad littora claſſis
Poſtulet ingreſſum,Lybicis quæ pertulit oris
Plurima dãna,vagans nunc huc, nunc tendit & illuc
Et ſine fine quies nuſquam ſibi parte paratur,
Aduentumque ſuum,& Regi manifeſtet amorem.
Rex tamen interea,virtus cui nota virorum
Luſiadum fuerat;qua ſunt ſuper æthereà vecti,
Gaudet in apulſum claſſis, veniſſe triumphat
Ad portum naues, felicem & nomine Gamam
Quantum animus, ſublime genus,virtuſq; meretur,
Quæ mẽtes hominum,generoſaque pectora ſemper

Nobilitare ſolet,veniant vt ad hoſpita tuti
Littora,& vt patriam Melindica Mænia ducant
Luſiades,puro ſyncerus corde rependit,
Tunc Gamam inuiſit,qui tot maria alta ſecauit,
Totq; imbres paſſus,tumidoſq; in marmore fluctus,
Lanigerumque pecus,tauros pinguedine rara,
Gallinaſque domi,quas nutrit terra,ſuaues
Mittit & inſolitos iocundo pectore fructus.
Lætitia ingenti recipit Dux Gama Tyranni
Nuncia, dona parat ſyncero mittere Regi:
Coralium rubrum,quod iam fuit herba ſub vndis,
Durius æthereas cum primum aſcendit ad auras;
Purpureoque etiam tinctas de murice veſtes,
Mittitur atque Arabum ſermone inſtructus, & arte
Nuncius,illuſtris firmet qui fœdera pacis,
Et referat non poſſe ducem diſcendere naui,
Atque ire ad portum,ſolamque relinquere claſſem,
Cum ſic præcipiat firma Rex lege;ſed ipſe
Veſtibus indutus Luſis diſcedit,& vrbis
Primates hominem accipiunt,& ad inclita ducunt
Mœnia,& ad ſummi turrita palatia Regis.
Tunc ſic alloquitur diuina Palladis arte
Edoctus Regem celſa tunc ſede manentem.
Inclite Rex,ſummus ſupero Deus vnus ab orbe
Cui frænare dedit populos,& ponere leges,
Littore ab Occiduo te fortem,& pectore raro
Sincerum pelago errantes,ventiſque coacti;
Vt metam imponas curis,inquirimus vnum.
Non ſumus æquorei raptores marmoris,vrbes
Vt quas appellunt naues,ſpoliemus,& igne,

Ac diro infenſi vaſtemus Mænia ferro:
Luſiadum a Regno ferimur per regna ferocis
Neptuni,atque vndas opulenti quærimus Indi,
Auriferas claſſem prudens Rex miſit ad oras
Inclitus Emmanuel fama ſuper æthera notus.
Quod genus eſt hominũ,quæ gẽs tam barbara cultu,
Quæ vetat,vt noſtræ tangant ſua littora naues,
Atque etiam hoſpitio ſiccę priuemur arenæ?
Quam fraudem hoſpitibus curant,quo pectore Luſi?
Sed tu,quem certum fore nos ſperamus aſilum,
Teque fidem veram ſeruare agnoſcimus omnes,
Hoſpitium petimus,quod quondam inuenit Vlyſſes
Ithacus,Alcynoi Regis cum naufragus oras
Appulit,hoc docuit ſacro Cyllenius ore;
Si diuina tuum mittunt oracula regnum
Viſere nos,claſſemque tuo liget anchora portu,
Te Regem conſtat ſynceri pectoris eſſe.
Neue putes,Rex alme,ducem non linquere naues.
Teque, vrbemque tuam læto non viſere vultu,
Amplectique tuos humano corde clientes,
Quod minimę ſubeat vel ſuſpicionis imago,
Nouit enim mentem veram, geniumque quietum,
Sed quia magnanimi complet moderamina Regis,
Luſiadum de more,ſolent ſic Regibus omnes
Parere,& mandata ſibi ſeruare,nec vllo
Tempore,vel cauſa iuſſum violare ſupremum,
Pręcipit at noſter,quod nullo littore claſſem,
Aut portu linquat,ſic ſtat ſententia menti.
Vnde tibi ingratum (regni cum ſceptra gubernes)
Non dubito,ſi quis Regis perfringere iura

Audeat,vt dignum ducas pro crimine pœnis.
Ad mare ſed rapidas voluēt dum flumina lymphas,
Dum quoque ſydereas luſtrabit lampade ſedes
Phœbus,promittit grata fore cognita mente
Munera,quæ recipit,vis quantum humana iuuabit.
Sic ait. Et cuncti miſcentes mutua verbis
Verba,ad luciferas tollunt horrentia ſedes
Facta hominum,tumidis qui tempeſtatibus acti
Aera tam varium aſpiciant,tot cærula verrant.
Rex etiam illuſtris fortiſſima pectora laudat
Luſiadum,& magnum Regis putat eſſe triumphum,
Cui tam longinquis ſua gens obtemperet oris.
Tunc hilari loquitur vultu,tunc lumina cordis
Lætitiam oſtendunt. O qui mihi grata tuliſti
Nuncia,Luſe metum ponas,neue occupet ima
Frigidus oſſa timor; veſtrum eſt, quod iure guberno
Regnum,Melindæ veſtram reputabitis vrbem,
Et naues portum capient, dum vita ſuperſtes,
Nam vires,opera alta petunt,& robora magnum
Vt Luſi acquirant pretium,magnumque decorem
Semper in orbe viri,charo ac in littore verum
Hoſpitium. Aſt odio qui vos ſectantur acerbo
Non ſine labe,hominum nec digni nomine viuent.
Quamquam autē doleā, quod nō dux inclytus almā
In terram veniat,pacataque vrbe fruatur,
Vt legem obſeruet certam,mandataque regis,
Haud equidem patiar regimen violare potentis
Luſiadum Domini gentem,vel frangere morem.
Craſtina ſed poſtquam lux alma illuxerit orbi,
Et radijs Phœbus luſtrauerit,vndique multis

Stipatus

tipatus cymbis mirandam inuiſere claſſem
bo animo lęto,mea quod iam certa requirunt
Vota diu,vtque ducem fraterno more ſalutem:
i quæ etiam furijs ventorum laſſa furentum,
Equoris indomiti veniat iam diruta nimbis,
Hic placidæ Cereris,dulciſque eſt copia Bacchi,
Armamenta etiam inueniet,nautaſque ſagaces.
Talia dum profert, iam Sol abſconderat vndis
Lumina,Melindæ cum fidam nuncius vrbem
Liquerat,& medium rapitur cita cymba per æquor,
Et claſſem aſcendit:complentur pectora rara
Lætitia, cum iam curis imponere finem
Cernant,nec charæ procul aurea littora terræ
Eſſe,ſoporiferæ capiunt noua gaudia noctis,
Fulgura nec deſunt, volitant per inania motu
Fulmineo,linquuntque vias mira arte nitentes,
Luminaque, & tremulòs imitantur clara cometas,
Vulcani exercent ſua munera dira miniſtri
Intrepidi,ſonituque tremunt mare,ſydera, tellus,
Ciclopeſque ſuas radiantibus ignibus vrunt
Sentinnas,nigro atque infeſto ſulphure plenas.
Æthereas alij feriunt clamoribus ædes,
Dulcia concutiunt alij inſtrumenta ſonoris
Cantibus.& celſis pulſant de puppibus æra.
At Melindanas clara ex tellure feneſtras
Lumine fulgenti illuſtrant, & Mænia pulchræ
Vrbis,& in medio ſtruxerunt littore flammas,
Ardentes radios nitidumque per æthera voluunt,
Et varios ſonitu flagrans rota fulgida gyros
Exercet,flammaſque premit quandoque quieſcens

Sulphureo crepitat tunc puluere, voluitur aer
Ignitus, nigram vertens in lumina noctem,
Et radijs, ignique ſimul maria alta refulgent,
Atque inſtar belli pontus, tellúſque decoros
Exercent ludos, nitidas it clamor ad auras.
Mobile ſed primum iam cætera corpora voluens
Excitat ad ſolitos animalia cuncta labores,
Linquit & Oceanum roſeis Aurora capillis,
Pulchrior Eoo naſcens diſperſit amœnas
Rore roſas, floreſque alios, metamque ſopori
Impoſuit, lentę magnis in montibus vmbræ
Concreſcunt, & ſe vertunt in flumina roris,
Cum Rex ad claſſem lætus properabat ouantem;
Aſpiceres late ferueſcere littora circum,
Ac pene innumeram, vt videat, concurrere plebem;
Purpureo tinctę fulgent ex murice veſtes,
Et panni elucent, auroque, & murice texti,
At non arma ferunt, nec pila minantia pilis,
Non arcum, rutilæ ſimulat qui cornua lunæ,
Sed palmæ ramos victoris præmia portant.
Regia diuerſi tecto decorata coloris
Cymba vehit Regem magna ſtipante caterua
Nobilium, regni de more, & veſtibus albis,
Argentique etiam intextis ornatur, & auro,
Regalem decorat frontem diadema coronæ.
It chlamys è collo, quam ſerica fila retexunt,
Tectaque damaſci pretioſa pectora veſte,
Veſtimenta fluunt Tyrioque infecta colore.
Aureus è gemmis cingit colla aurea torques,
Materiam ſuperabat opus, ſplendore coruſco

Vincere namque poteſt adamantas arte polítos,
Sicca latus decorat Regis miro aurea textu,
Veſtis obit corpus,ſtant tegmina picta cothurni.
Ne noceant ſolis radij,vel ventus iniquus,
Nobilis vmbellam famulus ſupererigit alte.
Quin etiam cantus demulcet corda ſonorus:
Prora vehit numeris cantantes dulcia certis
Carmina, producit ſonitum tuba concaua raucum,
Non minus inſignis vehitur dux Gama triumpho,
Vt Melindanum accipiens prope littora Regem
Ad claſſem ducat Luſorum lætus,& illum
Turba ducum ſtipata tenet,tunc remige duro
Cymba volat celeris,regis fitque obuia cymbæ;
Hiſpanoque modo indutus,ſed Gallica veſtis,
Purpurei decorant quam maxima ſigna coloris,
Diuitibuſque auri manicæ nectuntur ocellis,
Qui ſplendore ſuo fulgentia lumina cæcant.
Induit atque ocreas depreſſas militis inſtar
Ornatas fuluo,quod ſors negat omnibus,auro.
Aurea demiſſam conſtringit fibula veſtem,
Splendidus ex humeris dependet & aureus enſis,
Excelſum paulum pluma inclinata galerum
Condecorat,ſocij Gamam ſectuntur euntem,
Induit hic viridem,viridem ſimul induit alter,
Purpura rubra alium tegit aſt interlita punctis,
Cæruleuſque alium color vndique circuit auri
Orbibus,atra alium veſtis conciſa figuris:
Quiſque colore ſuos vario diſtinguit honores.
Non ſecus,ac quando Thaumantis filia regis

Apparet,

Apparet, mediumque poli circumnitet Iris
Mille trahens varios aduerſo ſole colores,
Veſtibus it locluples ſic Luſitana iuuentus.
Æra recurua ſonant, ſonitu tuba concaua mentes
Lætificat, parui complebant æquora lintres
Maurorum, ſalſas verrit cita palmula lymphas.
Horrida dimittit ſonitum bombarda tremendum
Nubibus abſcondens radios, & lumina ſolis.
Attonitas claudens aures gens Maura timore
Irritata paret notas inuiſere ſedes,
Sed Melindanos prohibet Dux Gama redire.
Iam cymbam Ducis ingrediens Rex inclitus arctos
Iuit in amplexus, cingunt pia bracchia collum,
At Dux alloquitur Regem. Rex Maurus amico
Ore modum, vultum, voces, geſtumque notabat
Attonitus, magni faciens, quæ tendat in oras
Indiacas gentem per longa pericula ponti.
Et blandis offert verbis quæcumque petiſſet,
Et Cererem, & vinum, laſſæque leuamina claſſis.
Affirmatque etiam fama ſe noſcere Luſos,
Namque ipſe audierat ſemotis partibus orbis
Prælia contra alios geſſiſſe ferocia Mauros,
Ac Lybia tota narrari horrentia facta
Imperij Luſi, cum gens eſt nacta coronam,
Quam pater Heſperidum, dum vixerat, ipſe tenebat.
Et vario extollit robur ſermone virorum.
Cui Dux magnanimo reſpondet pectore Gama.
O tu, qui ſolus pietate inſignis, & armis
In Luſos animum monſtraſti corde benignum,
Quos late inſani vexant diſcrimina ponti,

Aduerſique

Aduerſique ferunt venti,nimbique ſurentes;
Ille opifex rerum mundi melioris imago,
Qui regit humanum genus,& radiantia voluit
Aura,impenſa tibi gratetur maxima Luſis
Munera,quæ noſtri nunquam tibi ſoluere poſſunt,
Vnicus ex illis,nitidus quos vrit Apollo,
Pectore nos recipis blando,ac in pace quietos
Poſt tot Neptuni furias,tot denique clades,
Poſt tot ventorum flatus,queis carbaſa rumpit
Æolus,& ferme ſubmergit in æquore claſſem.
Dum polus æthereus radiantia ſydera paſcet
Semper honos,nomẽque tuum,laudeſque manebũt.
Talia voce refert.At duro remige cymbæ
Ad naues properant Mauri,iam iãque propinquant.
At Gama inſignis tormenta explodere iuſſit
Bellica,Vulcanus volat ad radiantia cœli
Sydera,feſtiuo ſonitu bombarda tremorem
Excitat,expelluntque metum de pectore Mauri,
Luſiadeſque tubis exercent feſta Canoris,
Maurorum reſonant ſimul æra ſonantia pulſu.
Sed poſtquam Maurus ſtupefacta mente notauit
Omnia,præcepit,neu formidanda boatu
Inſolito tormenta ſono maris æquora ſalſi
Concuterent,firmum ligat anchora lignea lintrem,
Dum Gamam alloquitur cupiẽs cognoſcere multa,
Et quæ ad Melindæ fama inclita detulit vrbem,
Nunc quæ bella ferant Luſi crudelia contra
Progeniem falſi Mahometi iura ſequentẽm?
Quærit nunc gentem Heſperiæ (dixere minorem
Antiqui) quã Gama colit,populoſque propinquos?

Nunc

Nunc etiam rapidis quæ pertulit æquora ventis?
Ac tandem blando dicta hæc de pectore promit.
O dux inſignis nobis recto ordine narra,
Inclita quæ tellus,regio aut celeberrima mundi eſt,
Quam colitis Luſi?quæ regna potentia?quæue
Progenies,ac vnde ſuum ſibi ſumit auitum
Principium!ac belli euentus, dubioſque ferocis
Succeſſus Martis,quos ducit ad æthera fama?
Sic varias maris ambages, queis æquora toto
Vos vehat Oceanus furijs impulſus iniquis?
Impius ac tumidis claſſem premit Æolus auris?
Et nunc tempus adeſt, nunc Sol ſua lumina tollit
Occiduo ex ponto,rubeos pulcherrima currus
Nunc aurora regit,mare ſtat,ſtant marmoris vndæ.
Quin etiam nobis ſtat mens ſtudioſa labores
Exaudire tuos,altaque reponere mente,
Nec Melindanæ tantum Sol clarus ab vrbe
Ardentes diſiungit equos,nec barbara proles
Noſtra,nec obtuſum geſtamus pectus,vt omnes
Non faciant magni fortiſſima prælia Martis.
Audaces quondam valuere inuadere Olympum,
Montibus & montes ſuper impoſuere gigantes
Theſeus,Birithouſque ſimul penetrare ſilentem
Plutonis ſedem,regnumque intrare pararunt.
Non minus eſt Luſum quod tu celeberrime ductor
Neptuni inuadas regnum,ſedeſque marinas.
Dianæ inſignem Combaſſit Throſtratus aulam,
Ille Thaſiphonius mira quam fecerat arte,
Vt nomen toto coleret fama inclita mundo.
Sed ſi vota viros præclari nominis vrgent,

Plus

Plus petit æternam ratio quod comparet ille
Famam, qui belló Mauortia facta patrauit.

LVSIADVM
LIBER III.

ARGVMENTVM.

DEſcribit hoc loco Poeta ſitum regni Luſitani, & bella, quæ Reges illius cum Mauris geſſere, & victorias, quas ex illis reportauerunt. Mortem Dominæ Agnetis à Caſtro, Regiſque Ferdinandi obitum.

Nũc quoq; Calliope Muſarũ maxima numẽ 1
Influe, cœleſti perfla ſpiramine pectus;
Parnaſſi placeat latices infundere Vati,
Qui Tagides, & te ſummo cõtentus amorę
Diligit, Heroas poſſim vt comprehendere verſu,
Et veteri ordiri cauſas ab origine rerum,
Et patriam, & Reges, lati & moderamina regni,
Bellaque cum Mauris; retulit quæ Gama potenti
Melindæ Regi, ad ſummum deducere finem.

Sic

Sic te ſemper amet medicinæ inuentor Apollo,
Ac alias ſpernat conſtanti pectore Nymphas,
Nec tibi pro Daphni, Clycie, vel Leucothoe
Deneget aſſueti iam pignora debita amoris.
Pande Helicona tuum, cantuſque intende ſonoros,
Vt pateat mundo, iubeat quod pulcher Apollo
Fontis Aganipides ducat Tagus aurifer vndas.
Linque roſas Pindi, & flores, nam Phæbus amænis
Me iubet auriferi ſatiare liquoribus amnis.
Quod ſi non faueas, dicam ſine crimine nati
Obſcuram fieri cytharam lacrymabilis Orphei.
Tunc prompti ſiluere omnes, atque ora tenebant
Intenti, ſpectant quæ fortis Gama re ferret.
Qui poſtquam mentem paulum ſuſpendit, ab ore
Grandiloquo, vultum extollens, hæc pertulit orans.
Me Rex alme iubes noſtræ primordia gentis
Promere, quæ varijs latè ſunt tradita libris;
Et laudare iubes celeberrima facta meorum.
Nam quod ſint alij, qui geſta aliena ſupremis
Laudibus extollant, ſuperis & ſedibus æquent,
Hoc fuit in votis ſemper, ſolitumque, ſed error
Sit vereor noſtros ad ſydera tollere Luſos
Luſum; vltra tempus deerit, ſi ſingula verbis
Exornare velim; namque omnia digna relatu.
Sed quoniam hæc placidæ tibi ſtat ſententia mentis,
Obſequar, & curret paucis facundia dictis.
Hoc etiam certum tibi ſit, Rex inclyte, nulla
Enarrans recto mendacia pectore promam;
Quāquam equidē nūc multa ferā, referēda manebūt
Plura, ſuo breuiter referam tamen ordine cuncta.

Et prius inſtituam latâm deſcribere terram;
Poſtea dira canam crudelis prælia Martis.
Zona tenet clarum (Zona hæc Borealis) Olympum
Meta,ſuum Phæbus qua curſum terminat, Auſtrum
Cum fugit, & nitidus borealia regna reuiſit.
Quaque etiam rigido Boreas bacchatur ab arcto,
Frigida Zona polum ſecat intolerabilis altum;
Sic adeo,quantum media eſt flagrantibus vrens
Ignibus.Has inter iacet ipſa Europa ſuperbis
Vrbibus,ac campis,quam arcturi ex parte rigentis,
Occiduique maris tumidis vberrimus vndis
Circuit Oceanus;partem,quæ vergit ad Auſtrum,
Abluit Herculei maris ardua ſemita,terram
Inter vtramque iacens,nullumque recolligit æſtum.
Ex parte Auroræ naſcentis terminat illam
Terra Aſiæ diues,Tanaiſque opulentus ab altis
Montibus emanans Ryphæis tramite curuo,
Inque altam exornerat ſua flumina læta paludem.
Diuidit & pontus,qui quondam vidit Achiuos
Victores,vbi Troya fuit,fuit Ilium,& ingens
Gloria Dardanidum, modo nil iam reſpicit audax
Nauita dum celeri curſu legit impiger oram.
Aſt vbi frigoribus populos polus Arcticus vrget,
Et niue,hyperborei quà lucent vndique montes,
Candentes gelidis perflat quos Æolus auris,
Non etiam clarus radijs illuſtrat Apollo,
Horridus & glacie pontus,fonteſque rigeſcunt.
Hic ſtabiles olim poſuit Scytha barbarus ædes,
Qui contra Ægyptum gerit aſpera prælia, namque
Incæpiſſe putat,naſcens cum incæperit Orbis.

Sed ſi (quandoquidem talis ſic concutit error
Impia corda hominum) cuperet cognoſcere verũ,
Dillueret campus lites,& bella Damaſci,
Frigida nunc Lapies, Noruegaque dicitur iſtis
Partibus,& magnis quondam decorata triumphis
Scandia, quos forti portarunt robore Gotthi
Italiam contra, dum non bruma horrida pontum
Sarmaticum ſtringit, ſecat æquora barbara nauis.
Hic habitant Bruſij ſæui, Suecique feroces,
Tenditur,& vaſtis gelidiſſima Daunia campis;
Inter Sarmaticum pontum, Tanaimque niualem
Rutheni arua colunt, quos regis iura gubernant
Poloni; Moſcos etiam Moſcouia fræno
Tractat,& intonſo diſperſus Sarmata crine;
Marcomanoſque tenet nembroſa Hyrecinia ſylua,
Imperijque ſui gremio Germania cogit,
Saxoniumque genus, quoſque alta Boæmia ducit,
Et varios populos, rapidus quos abluit Albis,
Danubiuſque ferens ad marmora frigida lymphas,
Et fontes Arnoba ſuos cognoſcit,& vndas
Seruato ſemper Germania nomine nouit,
Attamen Axopoli nomen mutauit in Iſtrum.
Abluit hos clarus Rhenus, qui ex Alpibus ortum
Accipit,& magno decurrens agmine Amaſis,
Nobilis atque alias, quas nunc alit Vngria, gentes
Iſthrum inter, notumq; fretũ, quod nomen ab Helle
Deſumpſit, vitam cum liquit in æquore virgo,
Thraces arant campos, robuſto & pectore Martem
Exercent, ideo Mauortia terra vocatur.
Hic vbi mõs Hæmus, Rhodopeque horrenda feroci

Subijciunt nunc colla iugo, Turcæque tributa
Soluunt, cui paret Conſtantinopla ſuperbis
Mænibus, Imperijque caput, dum floruit olim.
Poſtea ſubſequitur Macedum gens clara triumphis
Quam mediam gelidis rapidus lauat Axius vndis.
Vos etiam colitis terras o pectora rectis
Moribus, ingenijs, ac diro inſignia Marte,
Queis tu ſyderium penetraſti Græcia cælum.
Tunc ſequitur recto generoſa Liburnia tractu,
Illiricique iacent campi, & tu Dalmata regnas.
Adria mox ſurgit noto circundata ponto,
Littoraque illius decorauit Dardanus heros
Antenor, magnas vrbes, & mænia condens.
Apparet medijs Venetorum vrbs inclyta lymphis
Hinc, quæ parua habuit primo fundamina, pontum
Heſperium ex terra longiſſima brachia tangunt,
Terra, inquam, quæ olim ſubmittere colla coegit
Romano imperio populos toto orbe feroces;
Quæque viros genuit præſtantes Marte, regendi
Artibus inſtructos alios, alioſque colonos,
Aſtrorumque alios curſum, variumque recurſum
Qui noſcunt, ſalſique vias in marmore ponti.
Vndique Neptuni furioſis fluctibus illam
Imperium tumidum accingit, ſed vt alta rigentes
Mænia circundent alijs ex partibus Alpes.
At mediam ſecat Italiam Apenninus aſylum
Romanis tribuens, cum forti Marte ruinam
His afferre cupit, miſeramque imponere cladem,
Nam tunc illuſtrem patriam metuenda iuuentus
Reddit, at excelſi poſtquam tu Ianitor orbis

Et caput Imperij diuino flamine tractas,
Amiſit vires,& bellica robora,pacem
Exoptans,qua nos ad clarum ducat Olympum.
Sic humilis placuit virtus veneranda Tonanti.
Gallia Cæſareis tunc exornata triumphis
Aſpicitur,ſua prata rigant,& Sequana lymphis,
Et Rhodanus,Rhenuſque ſimul, geliduſq; Garũna.
Quam primum exurgunt montes,queis indidit altũ
Pirenne moriens nomen,celebrique ſepulchro
Oſſa iacent, & fama vetus fluxiſſe nitentis
Auri,atque argenti celeberrima flumina narrat.
En caput Europæ Vaſtis Hiſpania campis
Proditur, imperium vario fata impia fluxu
Deduxere,notam nunquam tamen ardua fraude,
Viribus aut fortuna potens imponet Ouanti
Hiſpano populo,quin robore dedecus audax
Deleat,ad ſtygias late mittatque paludes.
Barbariam incurrit,qua Tingitania tellus
Floret,& Herculeum pelagus diſtenditur ingens.
Africa terribilis ſitientibus incipit Oris,
Qua metam Herculei extremam poſuere labores.
Aruaque fæta colunt diuerſæ Hiſpanica gentes,
Fluctibus ablutæ Oceani,quæ robore pollent
Æquali,cum quæque putet nulli eſſe ſecundam.
Finibus alta ſuis iacet Aragonica tellus,
Parthenopem quondam cæpit quæ viribus vrbem.
Hic etiam Nauarrus adeſt,hic Aſtur in altos
Erigitur montes,queis Rex Pelagius olim
Magnanimo euertit Mahometica caſtra furore.
Cautior inſequitur Gallæcus & acer Iberus.

Illuſtris Bæthis regio, Granataque ſurgit.
Tunc ſequitur caput Heſperiæ, regnumque ſuperbũ
Luſiadum, quo terra ſuum capit vltima finem,
Et mare cæruleum tumidos extollere fluctus
Incipit, & requiem pelago ſibi ſumit Apollo.
Hoc placuit ſuperis regnum florere, iugumque,
Et dirum imperium, legeſque imponere Mauris;
Namque ſuos cogit Mahometas linquere fines,
Nec ſinit ardentis Lybiæ requieſcere campis.
Felix iſta mihi patria eſt, dilecta, ſupremum
Quam ſi vt conſpiciant mea fulgida lumina cælum
Poſt furias venti attribuat, poſt æquoris vndas,
Poſt gelidos imbres, poſt tot diſcrimina ponti,
Vltima tunc certos teneat mea vita labores,
Extremosque dies mea Luſitania. Luſus,
Lyſaue, qui ſocij, aut nati de ſanguine Bacchi
Inclita Luſiadum ponunt fundamina regno,
Telluremque colunt primi, campoſque feroces;
Paſtorem hæc genuit fortem, qui nomine vires,
Virtutemque ſimul referens inſignia bello
Facta tulit, cuius famam nulla obruet ætas;
Romanum longo qui fudit Marte cruorem.
Tempus edax rerum, curſu quod cuncta perenni
Conſumit, cœlo ſic conſtituente, leuauit
Hanc regnum in magnum, cuius ſic gloria cæpit.
Vir fuit Alphonſus, quem quondam Hiſpania Regẽ
Agnouit, clarus pietate. inſignis & armis,
In Sarracenum multos qui bella per annos
Sanguinolenta genus torſit, cæpitque Toletum,
Diripuitque vrbem, Mauros & abire nefandos

Compulit,& patria multos,ac lumine vitæ
Priuauit vincens,ac funere merſit acerbo.
Ex Calpe Herculeo volat ad iuga Caſpia Regis
Fama,vt belligero geſta immortalia Marte
Magnanimi gererent, mortiſque pericla ſubirent.
Conueniunt multi,atque iuuant in prælia Regem,
Accenſique ſi ie,ſimul & popularibus auris,
Et proprias ſedes,charam patriamq; relinquunt.
Poſtquam animo inuicto,miro bellique furore
Admiranda viri geſſerunt facta, corona
Digna triumphali,voluit Rex inclitus omnes
Præmia ferre,ſuis meritiſque æqualia dona.
Henricus bello expertus,natuſque ſecundus
Vngarici Regis,ſi vera eſt fama, reliquit,
Et patriam,& Regnum, belloque horrentia facta
Geſſit,& Alphonſum per cuncta pericula iuuit.
Et tandem modicas in præmia maxima ſumpſit
Luſorum terras,charoque adiuncta marito
Nata Tareſſa fuit,magni hanc pro pignore amoris
Connubio ſtabili iunxit,propriamque dicauit.
Is poſtquam forti deuicit robore Mauros,
Expulit & multos,variaſque adiungere terras
Imperio valuit,penituſque abolere feroces
Ancillæ natos Agaris,celebreſque triumphos
Aſſequitur victor,ſublimia præmia cælum
Henrico attribuit,modico nam tempore natum
Chara Tareſſa parit,celebratq; hæc munera Regnũ,
Impoſitum cui nomen Aui,qui ſceptra cruento
Luſiadum bello,& fama cum nomine clara
Redderet,& ferro Mahometica iura domaret.

Viderat Henricus Solymorum mœnia ferro
Debellata ſacro, vitream & Iordanis arenam,
Diuinum nitidis Agnum qui lauerat vndis.
Iam Dux Godfredus Turcarum fregerat iras,
Arripuiſſe fugam timidos iam viderat hoſtes,
Chriſticolumque iugum totam ſubijſſe quietum
Iudæam, redeunt equites, & nobile vulgus
Ad ſolitas patriæ terras, & littora nota,
Extremum cum fata diem minitantur iniqua
Henrico Comiti, funeſtaque fila malignæ
Rumpebant parcæ, volat alta ad ſydera cœli
Spiritus excelſi, fruiturque quiete Tonantis.
Filius Alphonſus florenti paruulus æuo
Manſerat, amiſſi manifeſta exempla parentis
Exprimit, indomiti nam fortia pectora Martis
Æquat, & hic genitor felicia pignora liquit.
At dubia incerto populi rumore viciſſim
Fama ſibi regni ſurgentia ſceptra Tereſiam
Aſſumpſiſſe canit, nec deſpexiſſe ſecundi
Pondera dira iugi, & ſolitos ſubijſſe hymenæos.
Orbatur tanti natus moderamine regni,
Impia nam mater nimio veſana furore
Imperium capiens regni moderatur habenas,
In dotemque ſibi affirmat liquiſſe parentem.
At puer Alphonſus ſceptro ſpoliatus Auito
Plurima mente gerens furijs torquetur acerbis.
Cogitat ille modum, quo mater capta cadentis
Reſtituat ſceptrum Regni, natoque remittat.
Fortia quamprimum mira caſtra inſtruit arte,
Bella Vimaraneos plusquam ciuilia ſurgunt

Per campos, hinc mater agit Cuneoſque feroces,
Filius hinc validas metuendus dirigit alas.
Illa negat nato terras, indigna parentis
Nomine, nec quantum contra cœleſtia peccat
Numina, nec quantum materno obſiſtat amori
Pendit. Vulnus alit venis, & carpitur igni
Obſcœno, iam non Progne memoretur iniqua,
Quæ natum occidit, Tereo & diſcerpta parenti
Membra dedit menſis feralibus. Ora ſagacem
Medeam ſileant, quæ triſtia funera fratri
Contulit, Ecce ſcelus matris lethale Tereſſæ
Ponitur ante oculos vobis. Hanc dira Cupido
Regnandi, & Veneris cæcæ furioſa libido
Impulit, vt proprium nollet cognoſcere natum.
Sed iam victor erat Princeps, & Marte parentem
Vicerat, atque fugam capiebat vitricus, omnes
Luſiadum populi ſtabant, qui ad prælia contra
Alphonſum clamant Regem, regnique tenentem
Sceptra, ligat matrem vinclis, & carcere diro
Clauſerat, heu nimium furijs impulſus amaris,
Nam Deus Omnipotens, dare qui præcepit honorē
Matribus, Alphonſum luere hæc peccata ſeuero
Iudicio permiſit, ouans namque oſtia pacis
Auguſtæ ingreditur, franguntque repagula portæ
Dura pedes, captuſque ad Regem venit Iberum.
Congregat ecce acies, atque agmina multa Tereſſa,
Vindicet vt probrum nimium Rex inclytus altæ
Caſtellæ Alphonſus, fortemque ad prælia Luſum
Dira vocat, cuius iuuenilia pectora cura
Nulla premit, nulluſque labor, ſed feruidus ardor

Membra

Mēbra quatit,celebremq; affert ex hoſte triumphū
Alphonſi Regis furias,ac robora pulſans,
Qui fugiens hoſtem viridantia prata Toleti
Territus inuiſit,ſed ſæuo Marte phalangas
Defeciſſe videns,iratus colligit agmen
Horrificum,atque acies campis inſtruxit apertis,
Atque Vimaranij iuuenem intra mænia claudit.
Ecce autem Luſus ſenio confectus acerbo
Egas ad Regem pergit,vitæque periclis
Seſe offert,pueroſque ſuos,charamque ſodalem,
Directum vt dira iuuenem obſidione leuaret,
Nam ferre extremam poterat fortaſſe ruinam.
Egas Alphonſum non poſſe reſiſtere Regi
Caſtellæ aſpiciens,fractaſque ad prælia vires:
Regem adit intrepidus,lacrymiſq; ita fatur obortis.
Inclite Rex,cui clara domus rutilantis Olympi
Et mulcere animos dedit,& compeſcere dictis:
Parce precor puero,cui nunc iuuenilibus annis
Ingentes forti creſcunt in pectore vires,
Nam fore promitto,poſito quod colla furore
Subijciat tibi,poſt paucas & pareat horas.
His motus Rex continuo diſceſſit ab vrbe
Obſidium remouens,metuendi ac bellica Martis,
Inſtrumenta ruunt quibus inclita mænia,fidi
Verba ſenis pēdens,ſed nunquā impellere mentem
Principis Alphonſi potuit,quod tradere regnum
Vellet,& vt populos Luſos,aut arua gubernet
Alter,quin potius robuſto Marte reſiſtit
Hoſtibus,inuictam Victor defendit & vrbem.
Tunc vero ſenior collum religauit acerbis

Vxoriſque ſuæ,ac natorum funibus Egas;
Conuenit & Regem ſpectacula triſtia monſtrans,
Talia & experto ſuſpiria pectore ducens
Sic fatur. Noſtris meritis ſi digna rependas
Præmia,nunc venio,Rex,funera mæſſa paratus
Perferre,& noſtram chara cum coniuge vitam,
Ac natis offerre neci,qui nulla patrarunt
Crimina. Si fragilis dum ſæua pericula mortis
Appetit,vt pœnis commiſſa piacula ſoluat,
Illuſtres Domini,generoſaque pectora morte
Peccantis mentem faciant,furiaſque remittunt.
Ecce manus,linguamque etiam, quæ perfida verbũ,
O Rex alme, dedit,tali pro crimine pœnas
Soluant,tuque ferox tormenta indicito,flagrans
Non deſit Taurus,diſcerptaque membra latronis
Scinis,& morepidi pœnæ genus omne luemus.
Non aliter,quàm cum damnatus morte cruenti
Carnificis vulnus ſperans caput aptat,& ictus
Imminet,& tandem crudelia fata ſubiuit.
Sic in conſpectu furioſi principis Egas
Stans diræ vitam morti haud inglorius offert.
Regia ſed pietas truculentę præualet iræ,
Rexque ſenem, & natos,vnà cum vxore,remiſit,
Et veniam præbet,vinctoſque impune redire
Præcipit. O fidei rara exemplaria Luſæ!
O præclarus amor! qui tot tolerare labores,
Et mortem elegit,ne fata ſuprema videret
Alphonſus princeps,quem rectis moribus olim
Imbuerat,dederatque illi plena vbera coniux.
Amplius haud fecit Zopyrus celebrandus in orbes,

Vulnere

Vulnere cum lacerat facies, atque amputat aures,
Darius magnus quem ſic celebrare ſolebat,
Magnanimique viri laudes ad ſydera ferre,
Sæpius vt triſti ſuſpiria pectore ducens
Diceret ille ſuum potius ſe velle ſodalem
Incolumem, quam quod multas deuinceret vrbes,
Aut ſua deſtrueret Babylonica mænia dextra.
Agmina iam princeps Luſorum parua parabat
Aduerſus Mauros, Cereris qui pinguia flauæ
Prata colunt, campoſque, Tagus quos abluit vndis,
Stagnanteſque rigat ſinuoſo flumine ripas.
Iamque Ouriquenſi Mauortia caſtra locabat
Alphonſus campo, quando Mahometica princeps
Caſtra videt, frendenſque Leo ſe ſe excitat vltro,
Atque ſuos cupiens iam ſigna inuadere ſignis,
Et ſpes nulla duci fuerat, fiducia tantum
Eſt firmata Deo, qui cælum, & ſydera tractat:
Nam pauci medio cernuntur in agmine Luſi,
Et ſuperat decies Luſos Agarena iuuentus.
Quilibet audacem iuuenem, non robore fortem
Iudicat, & temere cum Mauris prælia inire.
Quinque timenda regunt Maurorũ caſtra Tyranni,
Quorum præcipuus generoſus dicitur Iſmar.
Aſt experti omnes horrenda pericula Martis,
Queis fama illuſtris, queis nomina clara parantur,
Belligeræque ſuos Mauræ ſectantur amicos.
Non ſecus, ac quando Troiana ad mænia venit
Pentheſilea furens multis ſociata puellis,
Thormodoontis aquas quæ guſtauere ſalubres.
Matutina oriens roſeis Aurora quadrigis

Luce polo expulerat radiantia ſydera claro,
Cum ſibi Chriſtus adeſt intacta a Virgine natus,
Atque Cruci affixus iuuenem ad certamina mouit
At puer Alphonſus Chriſtum proſtratus adorat,
Ac fidei accenſus flammis ſic clamat. Amoris
Maxima ſigna mihi tribuis Pater optime, Mauris
Attamen appare, mihi non, qui cuncta gubernas,
Numen & æternum ſtabili te pectore credo.
Luſiadum populos miracula talia cogunt
Alphonſo iuueni parui moderamina Regni
Tradere, & ingenti Regem clamore ſalutant.
Audierant Mauri voces, quæ ſydera tangunt,
Attonitique cadunt animis, timor occupat artus.
Qualis frondoſi præcelſo in culmine montis
Venantis magno raptus clamore moloſſus
Indomitum aggreditur robuſto pectore Taurum,
Qui rigido nitidum latè ferit aera cornu.
Arrectam latrans nunc dentibus appetit aurem,
Nunc latus horrendum Tauri, nunc guttura rumpit
Vulnere, & immenſæ pariter cum ſanguine vires,
Horriſonoque cadunt tunc robora mira boatu.
Sic Rex Alphonſus populi clamoribus ardens,
Accenſuſque fide Chriſti Mahometica ſæuo
Pectore caſtra petens, validis & viribus agmen
Aggreditur, Mauri voces ad ſydera tollunt.
Quilibet arma rapit, multi clamoribus arma,
Arma vocant, feruet Mauors, clangorque tubarum
Æthera propulſat, nutans volat haſta, recuruus
Læthiferas arcus ſonitu mittitque ſagittas.
Non ſecus, ac quando metuendo gramina flatu,

Arida

Aridaque arua vrit Boreas, campoſque virentes,
Paſtores capiunt lætum dum membra ſoporem,
Surgunt, attonitique feræ ſtridentia flammæ
Lumina confugiunt, laceras & ad oppida veſtes
Ducunt, ſic Agarena capit gens arma, timore
Conturbata ſatis, celeri trepidantia curſu
Corda mouet, Mauræ torquet furor agmina gentis,
Quadrupedemque putrem ferrata calce fatigat.
Ac Luſus Mauri petit haſta pectora miles,
Tranſgrediturque ferox immani vulnere coſtas,
Poſtulat auxilium Mahometi hic, ille potenti
Luſiadum dextra recipit mirabile vulnus,
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.
Incurſus varios, & mutua robora, duris
Pectora pectoribus minitantia vulnera, vires
Viribus, & ſæuis emiſſa haſtilia dextris
Cernere erat, viridem ſonitu quatit vngula campũ
Quadrupedis, quem tu feriens Neptune tridenti
Monſtraſti terram, vt claris domineris Athenis.
Mars furit ex omni metuendus parte, feroces
Luſiades clypeos, galeas, ac ſpicula, & haſtas
Perfringunt, rumpunt, ſcindunt, violantq; tremendi.
Ecce caput campis ſaltat ſine corpore, corpus
Truncatumque manet profuſo ſanguine, crura
Sciſſa iacent, lato dominoque carentia campo
Brachia, funduntur transfoſſa qui viſcera, multi
Pallorem amittunt, & dant cum vulnere vitam.
Plebs Agarena fugit, campum Maurique relinquunt,
Signaque dimittunt, oriturque miſerrima cædes.
Humano manant diſperſi ſanguine riui,

Amittunt

Amittunt hilarem viridantia rura colorem,
Purpureoque intincta manent ſatiata cruore.
Luſus at inſequitur Mauros, gentemque nefandam
Ingentem faciens ſtragem, prædaque recepta
Regum quinque arma, & gladios, & ſcuta trophæo
Impoſuit nigro rorantes ſanguine criſtas,
Addidit & fortes clypeos ex ære cruentos,
Perfoſſoſque locis, fulgenteſque applicat enſes.
Omnipotes offert magnum tibi Chriſte trophæum,
Treſque dies de more manet Rex victor, ouanſque
Inſultat campo Alphonſus, magnumque triumphũ
Lætus agit ducens multos in vincula Mauros,
Quinque dedit Reges morti, fugit attamen acer
Iſmar, & ingentem capiunt ſua regna ruinam.
Prælia ſed princeps clypeo poſt exprimit albo,
Quinaque purpureo depingit ſcuta colore,
Vt Chriſto ſoluat laudes, & vulnera quinque
Scuta ferant Chriſti, ſiue vt victoria Regum
Quinque triumphalis ſemper memoretur in æuum.
Addit & his clypeis argenti pondera nummos
Triginta, queis Iſacidum te turba furenti
Comparat á Iuda, & quinis depingere quinos
Præcipit vt numerus factum trigeſimus æquet.
Poſtea Rex victor Leiriæ ad mœnia pergit,
Quam prius incautam victus Rex ceperat Iſmar,
Expugnator adeſt Rex, & ſibi comparat vrbem
Linquens & Luſus quæ pinguia perdidit arua,
Diripuit timidum, præda ſpoliauit & hoſtem,
Perſequitur Mauros indutus veſte Sacerdos
Martis & Arronchem capiens Theotonius arcem

Regi offert; Rex ipſe intrat tua mœnia Mauris
Inuitis Scalabis, cuius Tagus aurifer arua
Irrigat, atque ſuos fœcundat flumine campos.
Quin etiam & Mafram capit, & tu Cynthia miris
Rupibus inſignis experta es robora Regis
Alphonſi, cuius frænum & iuga dura ſubiſti,
Cynthia Nayadum Nympharum cognita ſedes,
Tu quoque quæ mundi princeps Olyſſia, latis
Mænibus illuſtris, quam quondam clarus Vlyſſes
Fundauit dextra qua concidit Ilia tellus.
Tu cuius ſceptro paret Neptunus, & ingens
Oceanus, vires Luſorum, & Principis oram
Experta imponens collo juga dura ſuperbo.
Te capit Alphonſus ſtipatus robore claſſis,
Quam ſanctum ad Martem borealia littora mittunt,
Frigidus & Rhenus, nec non Germanicus Albis
Aſtrictus glacie, vaſtiſque Britannia campis,
Vt bellum inferret Mauris, & triſte pararet
Excidium, & Chriſti leges vrbs ſancta tuliſſet.
Sed multis vexata notis, diriſque procellis
Littora amœna Tagi ingreditur, campoſque virentes
Inuiſens, ſeſe Alphonſo ad mauortia iungit
Prælia, Vlyſſæos Princeps circundare muros
Conſtituit, totis tandem rapere arduus vrbem
Viribus, & ſocijs opulentam tradere prædam.
Lumine iam quinto complebat cornua Phœbe,
Cum Rex oppreſſam Maurorum cœperat arcem,
Sicque ferox ſæuas Mauors exercuit iras,
Sanguinolenta dedit certamina prælium vtrimque
Pugnatum Marte incerto, vt victoria longo

Tempore

Tempore quà caderet vix Luſi noſcere poſſint.
Nam dum deſperant Mauri defendere muros
Audacter ſtatuunt vitam profundere letho.
Victores Luſi conantur ſcandere muros,
Atque adhibent ſcalas, ſimileſque Leonibus arcem
Concutiunt,nec ſæua poteſt obſiſtere dextra
Maurorum.Tandem vidiſti Olyſſia caſum,
Ingreſſumque tuum, crudeli & Marte triumphum.
Tu quæ Vandalico nunquam parere Tyranno,
Et iuga dura tuo quondam depellere collo
Sola potes,tellus recipit nam Bæthica frenum.
Quod Tagus aſpiciens,& aquis præclarus Iberus
Attoniti gelidos duxere ad marmora fluctus.
Inclita tu Alphonſi vexilla,& candida Chriſti
Accipis,atque ſuis decoras tua mænia ſignis.
Sub noſtra ditione cadunt metuentia bello
Mænia capta,ruens vrbs Alemquerquica frænum
Accipit,hanc nitidis fluuius præterfluit vndis.
Principis & veteres capiunt moderamina turres,
Vltima & extremi parent confinia tractus.
Oppida tranſque Tagum Cereris decorata ſupremo
Munere victori muros,& ſceptra libenter
Traditis,& Luſi metuenda agnoſcitis arma;
Namque Eluas,&Serpa,ſimul circundata magno
Flumine Moura,ſalis locupleſque Galacia Regi
Sceptra ferunt,victæque illi genua ardua flectunt.
Nobilis en ſedes,quam Dux Sertorius olim
Elegit,muriſque ſagax circundedit altis,
Vt patriæ inferret crudelia damna,duceſque
Vinceret Auſonios,varijs captoſque triumphis

Duceret,

Duceret,argenti claris quam impleuerat vndis,
Quæ ſatiant totam ductæ centum arcubus vrbem,
Paret & Alphonſo ſubdit fera colla,Giraldi
Artibus intrepidi,quem multa audacia iuuit.
Iulia pax capitur furioſo Marte,ſed hoſtis
Interea Maurus Trancoſam circuit arcem;
Obſidioque premit, captatque,& diripit armis.
Attamen Alphonſus vindictam ſumpſit acerbam,
Nulli namque datum fatalis munere vitæ
Ætatis cuiuſque frui, ſed cædis aceruos
Edidit ingentes gens Luſa,& mœnia flammis
Comburit,celſæque ferunt incendia ſedes.
Quin etiam Palmella ſuo præcelſa ſuperbo
Monte ruit,ſequiturque illam piſcoſa Ciſimbra.
Cuius in auxilium venit Rex Maurus,vt vrbem
Liberet è manibus Luſorum, & percitus ira
Ducit equos celeres,metuendaque agmina fortis.
Aſt inopinato Rex ſæuum inuaſerat hoſtem
Incurſu,diroque animo diſruperat agmen.
Perpauci innumeros miſere ad tartara Mauros.
Non ſecus,ac quando furijs agitatur iniquis
Taurus amans vitulam, feſſus ſi forte viator
Tendat iter,ſubito incautum petit acer euntem
Cornibus & tota piſpergit viſcera terra.
Sic Rex Alphonſus ſubito petit agmina curſu
Maurorum,occidens,feriens,turbanſque feroci
Pectore caſtra,fugit Rex indignatus,amaro
Concutiturque metu,nec iam niſi luce potiri,
Exoptat vitæ,quemque agmina parua ſequuntur,
Sexaginta equites, quorum tot prata rubeſcunt

Sanguine

Sanguine,tot ſæuo riui manantque cruore.
At ſubitus Regis tremulos timor arripit artus,
Qui timidis celeres pedibus tunc addidit alas.
Aſt Alphonſus ouans,poſtquam victoria parta eſt
Fortunam ſequitur Martis,ſocioſque paratos
Ad fera bella vocans,horrendis viribus vrbis
Alta Badojocij circundat mænia,tandem
Æratam ingreditur magno cum robore portam.
Et tot damna parat Mauris,vt dura ſuperbo
Colla iugo trepidi ſubmittant, arduus omnes
Sedibus æthereis Deus at qui conſpicit alta
Mente viros,& quæ ſit fallax corde profundo
Cura hominum, iuſtus rectumque expendit,& addi
Supplicium culpis,vel quod ſua corrigat amens
Crimina,vel cæli quod ſic ſecreta repoſcant,
Si Regem incolumen,& magnis ſeruare periclis,
Atque ſuos placuit,placuit nunc addere pœnas,
Quod matrem teneat vinclis,& carcere diro.
Nam cum inter ſe ſe gererent horrentia bella
Hinc ſocer inde gener,Rex & regionis opimæ
Alphonſum ſocerum dira obſidione teneret
Vrbe Badajocia clauſum,quod frangere fines
Pugnandi haud dubitet, quia quã circundabat vrb
Ad ſceptrum generi(certa ſic lege petente)
Pertineat,tandem famoſa relinquere victus
Mænia,& in medios incurrere cogitur hoſtes,
Aufugiens iram generi perfringere crura,
Atque capi,captumque trahi ad tentoria Regis
Pertulit Hiſpani,cladémque videre ſuorum.
Inclyte ne doleas magnam Pompeie ruinam

Geſtorũ

Geſtorum, nec quod Nemeſis iuſto ordine belli
Conſtituat ſocerum de te portare triumphum,
Quamquam victorem gelidis te Phaſis ab vndis
Viderit, atque vmbras non flectens alta Syene.
Quamquam etiam calida medius tibi cognitus axis
Ægypto, & tardus Boreali parte Bootes,
Atque alij attoniti tua nomina clara timerent,
Et qui prata colunt Arabes felicia, Colchos
Quique habitant, quorum vellus fama extulit auri,
Terraque, Medeam quæ protulit, atque venenum
Eniocique feri, tuque ò Iudæa Tonantem
Vnicum amans, molles ſophonos, ignobile vulgus
Cappadocumque genus, locuples Carmania, bini
Quam fluuij decorant vndis, Armenia, quorum
Continet excelſo paradiſus culmine fontes.
Et quamquam Oceanus poſuit cui nomina magni
Atlantis rupes, tumidis quam interluit vndis,
Et Scythicus Taurus quondam te nouit ouantem.
Non doleas ſi te deuictum Marte feroci
Viderunt campi Emathij: nam victor vbique
Alphonſus bello euaſit. Nunc victus ad hoſtis
Deuenit ſceptrum, genero parere coactus.
Te placuit ſuperis ſocerum viciſſe, ſed iſtum
A genero vinci: ſic mens diuina repoſcit.
Poſtquam Rex ſortem fortunæ expertus amaræ
Ancipitem, viditque Dei certiſſima ſigna
Supplicij, rectà Scalabim petit agmine facto,
Atque ibi poſt multas clades, poſt prælia multa
Alborages fortem incaſſum Rex Bæthicus arcem
Circuit, & muros, nam bello vicit aperto
 Alphonſus

Alphonſus Maurum,fædata & cæde repreſſit.
Inque ſuum magna Maurorum ſtrage regreſſus
Regnum victus abit,damnum irreparabile ſenſit.
Poſtquam etiam ſacrum Vincentis Martyris vrbem,
Corpus Vlyſſæam magno decorauit honore,
Accipiens nomen, certi titulumque patroni,
Ne ſegnes animos peperiſſet inertia,Martis
Bellica geſta parat ſenio iam laſſus iniquo,
Vtque ſuum factis votum integerrimus æquet
Præcipit,vt natus metuendum congreget agmen,
Armaque,terribilis ſæuum bellique paratum,
Transflumen pergens captas ſibi vendicet vrbes.
Sanctius inuicto poſtquam ſuperauerat hoſtes
Pectore,& illatas clades reparauerat,vltra
Progreditur vincens,& Bæthica prata cruore
Implet,ſanguineas defert ad marmora Lymphas
Bæthis,Maurorum tot,tantaque funera fecit
Sanctius,& tanto maduerunt ſanguine campi.
Barbarus interea Pacenſia mœnia ductor
Circuit, at Luſi defendunt fortiter arcem;
Sed iuuenis victor Martis calcaribus actus
Pergit,vt auxilium Pacenſibus afferat,vllis
Non graditur ſpatijs,ſocijs mora nulla,ſequuntur
Inuictum iuuenem pauci, ſed robore multi,
Atque vrbem obſidio priuant,& ſtragis aceruos
Maurorum pia dextra dedit;quot tincta rubeſcunt
Sanguine prata?Fugit Maurus,gens barbara cladem
Ingentem patitur,bellique haud ſperat honorem.
Bæthicus aſt aliter reparare incommoda ductor
Cogitat,vt nomen Luſorum extinguat in æuum.

Præpa-

Præparat immenſos cuneos, atque agmina toto
Orbe vocat, veniunt Reges, qui culmina Atlantis,
Et iuga celſa colunt, humeris qui ſuſtinet axes
Cæleſtes, corpuſque graui ſub pondere verſat.
Mittit, quem in montem conuerterat arte Meduſæ
Perſeus, ad bellum ſe Tingitana iuuentus
Præparat, Antæi quondam fuit vnica Regis
Sedes, ſæua nimis Mauortis vibrat & haſtas,
Et quicunque habitant illuſtris lata Tyranni
Regna Iubæ, veniunt diro clangore tubarum
Commoti, magnos implent dira agmina campos,
Caſtra, duceſque parant. Hominũ quot millia fauces
Lintribus Herculeas tranant furioſa? quot enſes!
Quot clypei! quot ſigna ſuis fædata reuoluunt
Lunis, & quot equi frænis, phaleriſque decori!
Promittunt noſtris proh quanta incommoda Luſis!
Funeraque, & ſtrages, & maxima damna mirantur.
Agmina Maurorum pergunt, & Bæthica tellus
Oceani nunquam circundare littora Ponti,
Et campos latos hominum tot millia vidit.
Caſtra Miralmunius iam per loca Luſa mouebat
Maurorum, tali ſtipatus & agmine Reges
Treſq; decemque trahit, quorũ imperioſa gubernat
Sceptra, & mortiferam iam tunc videt ille ruinam
Luſiadum, regnumque ſuam prædam eſſe futuram,
Ad Scalabim tendit, munitamque obſidet vrbem.
Ardua tunc iuuenis fert propugnacula princeps
Sanctius, horrendum remouens a limine bellum,
Omnia ſed vincit, non prodeſt lethifer arcus,
Balliſtæque furor, ferrum, voluciſque ſagitta,

Nec valet effoſus, latiſue cuniculus antris,
Non aries quatiens ingenti robore muros
Officit, Alphonſi iuuenis nam filius vrbem
Munit, & ex omni Maurorum parte reſiſtit
Viribus, & forti furias Mauorte repellit.
Millia multa cadunt, implentur ſanguine foſſæ,
Innumeræque animæ ſtygias mittuntur ad vmbras.
Rex tamen Alphonſus, quem longa coegerat ætas,
Vt vitam indemnem, & tranquillos duceret annos,
Herculea vrbe morans, quã tu mihi charus amænis
Monda rigas vndis, Muſis gratiſſimus amnis.
Vt primum agnouit natum obſidione teneri
Horribili, & Mauros campo inſultare patenti,
Herculeos properans campos, vrbemque reliquit;
Congregat & Martis cõſuetam ad bella phalagem,
Illuſtreſque viros, famæ quos gloria mouit,
Auxilium fert ille ſuis, qui mænia miro
Robore defendunt, vno tunc corpore Luſi
Coniuncti modico profligant tempore Mauros.
Quæ modo Maurorum phaleris, & veſtibus arua
Auratis clypeis, & equis, ſigniſque micabant,
Et præda ingenti, nec non locupletibus armis,
Nunc proſtrati equites, nũc fæda cadauera complẽt,
Iamque fugam arripiunt, qui dira pericula mortis
Euaſere, viam potuit non carpore rector,
Atra Miralmunium nam mors prius occupat, altis
Vulneribus confoſſus obit, ſtygiamque paludem
Inuiſit, diras ſoluitque ſuperbia pænas.
At noſtri innumeras reddunt pro munere grates
Chriſte tibi, magnum extollunt de more trophæum

Mæniaq

Mæniaque exornant illuſtribus vndique ſignis:
Nam Deus auxilium præbens, ſanctumque fauorē
Caſibus his pugnat, non agmina multa virorum
Bella cient; paritur cæli victoria dono.
Sed Rex Alphonſus, qui quondam plurima vicit
Prælia, confectus ſenio nunc vincitur annis,
Pallida mors gelidos morbo pulſauerat artus,
Humanæ tandem ſoluit certiſſima vitæ
Iura, & ad æthereum mens inclyta fertur olympum.
Fuderunt triſtes tunc promontoria luctus,
Mæſtaque luctiferas ſparſerunt flumina lymphas,
Et virides campos, completaque fructibus arua
Fontibus innumeras lacrymas fundantia inundant.
Sic tua facta tamen toto recolentur in orbe,
Vt ſæpe Alphonſum reſonans in montibus Echo
Alphonſum expreſſa, ſed inani voce refundat.
Sanctius at iuuenis, duro qui robore, læto
Conſpectu, pulchro genitoremque ore ferebat,
Martia belligeræ ſequitur veſtigia mentis,
Nam poſtquam Bæthis furias expertus iniquas,
Turgida ſanguineos deduxit ad æquora fluctus,
Hiſpalicum princeps ingenti clade Tirannum
Obruit, & multo maculauit ſanguine campos,
Poſtquam etiam fortis ſenſit fera vulnera dextræ
Barbarus, obſidio ſubito qui oppreſſerat vrbem
Pacenſem, & chari poſt funera mæſta parentis,
In Regem extollunt iuuenem, Regnique ſecundum
Rectorem acclamant, celebrant & gaudia Luſi.
Sanctius at multis nondum regnauerat annis,
Agmine cum facto Syluenſem circuit vrbem,

Fæcundos cuius campos proſcindit aratro
Barbarus eximio complens alta horrea fructu.
Miſerat illuſtres locuples Germania naues
Milite robuſto plenas, & fortibus armis,
Vt Rubro ferrent Federico bella mouenti
Auxilium, caperetque tuum Solyma impia ſceptrũ
Namque Saladino collum ſubmiſerat atra
Guido ſiti oppreſſus, Solymorum & mænia liquit.
Hæc claſſis vento aduerſo, nimijſque procellis
Turdenſes petijt turres, quo tempore Luſus
Obſidione premit ſyluentia mænia, Martem
Quandoquidẽ ſanctũ exercent. Iam caſtra mouere
Germani incipiunt, Luſumque ad prælia Regem
Sectantur, ſcandunt muros, vrbemque ſuperbam
Diripiunt, Mauroſque neci dant, barbarus arua
Culta fugit, Maurique domat iam Sanctius iras.
Grates lætus agit Germano, & munera donat,
Quod ſibi præſidium tulerint, vt mænia quondam
Vrbis Vliſeæ dum circuit, altera claſſis
Attulit auxilium charo generoſa parenti.
Talia de Mauris quod ſi celebrare trophæa
Contigit, huic etiam nullam retinere quietem,
Nec ſancta paſſus legionem pace potiri,
Nam capit inſignem Turdem, muriſque ſuperbam,
Atque alias ſolitas legiones ſceptra tenere
Regia, & imperio Luſorum Sanctius vnit.
Inuida ſed tantis ornatum Parca triumphis
Abſtulit ad ſuperos, meritis volat actus in aſtra
Sanctius, & nunquam delebunt tempora nomen
Regis, nam clari ſuperabat nominis hæres

Tertius

Tertius Alphonſus,quem ſummo ſemper amore
Amplexi populi,fæcunda Salaſſia Regem
Caſta videt,nam ſæua intrarant mœnia Mauri
Iam pridem,at meritas ſoluunt cũ ſanguine pœnas.
Ecce remiſſus, iners, ſimplex poſt fata parentis
Sanctius Alphonſo ſucceſſit,regna labores
Quo regnante ferunt extremos,nulla vigebat
Religio,lex nulla reis,pax nulla quietis,
Et Venus,& Bacchus regnabant,furta,rapinæ,
Atque latrocinium,ſceleri non pœna dabatur.
Quilibet ex populo temere ſine lege gubernat,
Imperat & Regi,quicumque & crimina fæda
Diſſimulat,regno idcirco priuatur auito.
Nec tamen indomiti veſtigia certa Neronis
Sanctius inſequitur,nimiò qui captus amore
Infandum iuuenem ad connubia turpia duxit,
Ac voluit propriam inceſto turpare parentem,
Quin,quod Romuleam combuſſit & ignibus vrbẽ,
Ingentemque videns Tarpeia ex arce ruinam
Lætatur,nec mæſta mouent lamenta ſuorum.
Nec Venus impreſſit mores,queis Helius olim
Turpia cum ſtibio fædauerat ora madenti,
Et veſte indutus muliebri,interque puellas
Laſciuas,Rex fila colo carpebat, & vſum
Sæpius optabat,ſexum & mutare virilem.
Nec tam mollis erat,nec tantum inuaſerat atra
Luxurioſa Venus flagrantia pectora flamma,
Non habuit mores,quos Sardanapalus habebat,
Non erat immani vexata tyrannide Luſa
Gens,vt Trinacriæ fuerat,quæ fructibus omnem

Italiam complet,populi Romæ horrea dicunt,
Nec Luſos Tauro combuſſit Sanctius igne
Suppoſito,vt ſolitas luerent pro crimine pœnas.
Verum Luſiades ſoliti parere ſupremis
Regibus, haud tolerant dominis ſua ſubdere colla,
Qui non maiores ſuperent,vel moribus æquent,
Hanc ergo ob cauſam Regni moderamina ſumpſit
Alphonſus, Comitem quem docta Bononia nouit,
Qui poſtquam fratris prudens fata vltima vidit
Accepit populi regalia ſceptra, ferocis
Et nomen,placidam tandem noua regna quietem
Accepere ſuos cupiens extendere fines.
Imperio acceptas Turdenſes pectore terras
Magnanimo aſſequitur,Mauroſque expellit ab oris,
Oceani claros portans ex hoſte triumphos.
Hic Rex Alphonſus,dextraque, & viribus omnes
Luſorum tractus, & littora noſtra ſeuero
Maurorum imperio ſoluens,iuga perfida pellit.
Succedit ſolio magnus Dionyſius alto,
Nobilis Alphonſi ſtirps,& generoſa propago,
Regis Alexandri qui famam obſcurat,amicis
Munera cum populis totum exaudita per orbem
Diuidit. Hic poſtquam regnum iam pace potitur
Imperium normis,& ſanctis legibus auget,
Moribus ingenuis tranquillaque regna vireſcunt,
Herculeam muſis decorat,doniſque Mineruæ
Vrbem;Parnaſſum,fontemque Heliconis,& vndas
Linquere Caſtalias, laticeſque haurire coegit
Monda tuos,campoſque hilares calcare Camænas,
Altior antiquis Academia ſurgit Athenis,

Qua

Qua ſua dona ſciens populis oſtendit Apollo,
Bacchareque inſignes, viridi lauroque coronæ
Texuntur, capiunt docti ſua præmia vates,
Ædificatque nouas arces, & mænia Regni.
Iamq; procul apparent turres, caſtella reformat
Edita, turritis ſublimiaque oppida muris
Firmat, & æthereis minitantes ſedibus aulas.
Sed poſtquam charæ filum ſecat impia vitæ
Atropos, Alphonſus ſuccedit nomine quartus,
Præparat hic viuo crudelia bella parenti,
Nec ſanctæ iuuenem Matris pia vota refrænant,
Rex tamen erexit mentem, regnumque gubernat,
Et gentes in pace, animo deſpexit ouantes
Caſtellæ populos, & ſigna minantia mortem:
Et generum bellis, & diro Marte laceſſit,
Et ſemper portat generoſo ex hoſte triumphos.
Attamen Heſpericum cum gens Agarenica regnũ
Inuadit, patitur clades Hiſpania; certum
Auxilium genero patienti extrema ferebat.
Nunquam Mauortis deducta Semiramis auſu.
Venit ad Indiacos campos, tot fortia ducens
Agmina, & Italiam inuadens Rex Attila ſummum
Horrorem Auſonijs referens, ſuperique flagellum
Cæli habitum cuneos Gotthorum, acieſq; gubernãs
Secum hominum ſæuus tot, tantaque millia duxit,
Quanta tulere ſimul Rex alta è ſede Granatæ,
Marrochi, & Bugiæ Rex & Carthaginis altæ.
Cuncta ſuis vidit celebris Tarteſia campis.
Rex tamen Hiſpanus cum tanta pericula Regni
Conſpiceret, vires, & robora fortia Mauri

Imperij,propriæque timens fata vltima terræ,
Quam quondam amiſit captus Rodericus amore,
Filia,quo Regem Ducis irretiuit iniqui.
Auxilium à ſocero trepidanti poſtulat ore,
Mittit & vxorem,charum quæ feſſa parentem
Et vultu,& lacrymis, precibuſque impellere poſſit,
Reddat opem miſeris,generoque extrema ferenti.
Ingreditur trepido præcelſa palatia greſſu
Pulchra Maria,roſam vultu imitante,ſed extra
Lætitiam nullam monſtrans,& fulgida tollens
Lumina,cum gemitu calidis rigat imbribus ora,
Ambroſios ſpargit per eburnea colla capillos,
Quam pater aſpiciens hilari pius accipit ore,
Illa ſed hæc plorans gemebundo è pectore profert.
Africa quot populos produxit terra feroces,
Conduxit Rex Marrochi,ſimul agmine facto
Pergit,vt Heſperiam ferro conſumat,& igne.
Oceani poſtquam tangunt fera littora Mauri
Oſtendunt animos ſæuos,tantumque furorem,
Vt trepident homines,mirentur & oppida gentem,
Coniux, cui fido iunxiſti fœdere natam,
Vt gentem Hiſpanam, Regnumque timore grauatũ
Viribus exiguis,& pauco milite forti
Pectore defendat,vitam in diſcrimine ponit.
Nec dubitat varijs caput obiectare periclis,
Si pater auxilium, teque,& tua caſtra negaris,
Sane equidem Regno,Rege & priuata marito
Triſtis ero,& viduam degam per tempora vitam.
Ergo age Rex,cuius fluuius terrore Molucha
Siſtit iter,reuocatque ſuos à marmore fluctus,

Rumpe

Rumpe moras,nec te moueat diſcordia Regis
Hiſpani,& miſero tandem ſuccurre marito,
Caſtellæque omni,verum ſi oſtendit amorem
Vultus,& excelſi mihi das pia ſigna parentis.
O ſuccurre pater,pater ô ſuccurre cadenti
Heſperiæ regno;nam ſi non agmina ducis
In Mauros, lapſum regni,regiſque videbis.
Immenſi moueant noſtri tua pectora luctus.
Sic Regina patrem alloquitur ſuſpiria ducens,
Vt Venus alma Iouē, cum ventū, auramq; ſecundā
Poſtulat Æneæ Troiano,& texta fruantur
Pinea ſecuro portu,ſtationeque tuta,
Quæ ſic Æthereum lacrymis, precibuſque Tonantē
Attrahit, vt dextra vehementia fulmina pellat,
Quod petit & manibus totum concedat apertis
Iuppiter,& ſi plura petat concedere vellet.
At pater Alphonſus natæ pietate reductus,
Antiquas ponit regali ex pectore rixas,
Iurgia compeſcens,toto ſimul agmina campo
Iungit Eborenſi, quem maxima turba virorum
Implent,reſplendent ſolari lumine tela,
Et gladij,& clypei,parmæque,haſtilia,& enſes,
Ornati phaleris & equi fræna aurea mandunt.
Excitat ad trepidum ſonitu tuba concaua bellum,
Et bellum,bellum,bellumque recip ocat atrox.
En properant curſus , perguntque ad bella feroces.
Ecce autem medius conſurgit corpore ſigno
Regali Alphonſus ſtipatus,& agmen agebat
Ordine conſtructū,ac humeris ſupereminet omnes,
Et ſolum vultu,geſtuque reſuſcitat omne

Cor

Cor trepidum,ſæuamque timentia pectora mortem.
Inſequitur nimbus peditum,clypeataque totis
Agmina denſantur campis. It Luſa iuuentus,
Et ſic ingreditur terras Regina timentes
Cum Patre,qui Mauro infelicia fata minatur.
Alphonſi Reges ſimul agmina fortia iungunt,
Caſtraque Tarteſijs diſponunt Martia campis,
At Cunei,atque acies ſtant è regione minantes
Maurorum,complent campos, & culmina montis.
Pectora noſtrorum quatiuntur pulſa timore,
Deſperantque illas ſe vincere poſſe phalangas,
Dū non cognoſcūt,Dominus quod Martia Chriſtus
Prælia ſemper agit pro nobis,datque fauorem
Chriſticolis,dum bella gerunt teterrima Mauris.
Ridet,& illudit ridens Agarena iuuentus,
Quam fragiles vires,quam parua potentia Regum,
Et terram quicumque ſuam ſibi diuidit ante;
Sed ſicut falſo Saracenum nomen vſurpat,
Sic aliena vocat Maurus ſua perfidus arua,
Qualem monſtriferum, fœdū,immanemq; Gigantē
Ille Saul Iudæ ducens ad prælia turmas
Cum timet,inſultat campo,tunc mole ſuperbus
Eminus aſpiciens ſaxis,& verbere paruæ
Paſtorem fundæ nixum,vilemque puellum,
In medium audacem ſecum deſcendere campum
Irridens verbis iuuenem deſpexit inermem.
At puer æthereo dumtaxat numine fretus
Aptans ſaxa,rotat fundam,ſaxoque gigantis
Tempora percutiens,monſtri caput amputat enſe,
Et plus poſſe fidem,quam poſſint robora, monſtrat

Si

Sic ſic Chriſticolum vires,atque agmina Maurus
Perfidus inſpiciens ridet,nec percipit amens
Iudicium cæli,noſtriſque fauere Tonantem,
Cui ſtygiæ parent ſtygio cum Rege cauernæ.
Marrochi fortem contra ſorte agmina Regem
Rex Hiſpanus agit; Luſus Rex bella Granatæ
Sorte gerit Regi,tantoque horrore petiuit
Maurorum cuneos,vt iam victoria noſtris
Certa cadat,noſtrique canant clamore triumphum.
Ecce haſtæ,gladijque ſimul Thoraca furore
Horribili penetrant(viſu miranda.)Iacobum
Acclamant quidam,Mahometumque altera clamat
Pars,iuxta ſectas varias,quas quique ſequuntur.
Percuſſi nitidas feriunt clamoribus aulas,
Efficiuntque lacus,nigro & de ſanguine foſſas,
Queis alij vitam amittunt,ſi forte feroces
Euadunt gladios,& dira haſtilia vitant.
Poſtquam autem Luſi poſternunt agmina,cædes
Maurorum efficiunt,& miros ſtragis aceruos,
Auxilium Hiſpanis præbent,qui prælia nondum
Abſoluere,imo ancipiti victoria Marte eſt.
Luſorum aduentu belli conſumitur ardor,
Victoreſque manent poſt bella horrentia noſtri.
Iam Phæbus totum ferme confecerat orbem,
Et Defeſſus equos tumidis abſconderat vndis,
Cum penitus noſtri vaſtarunt agmina Reges
Maurorum, ad ſedes hominum tot miſſa volarunt
Millia tartareas,toto vt celebretur in orbe
Certamen dirum,grata & victoria nobis
Manſerit,iſta Deus luce hac miracula fecit,

Non tot Cymbrorum poſtrauit millia fortis
Auſonidum rector Marius,cum exercitus hauſit
Sanguine permixtas ſitienti pectore Lymphas.
Nec tantam à primis cõtrarius Annibal annis
Romanis Aquilis,Cannenſibus edidit aruis
Romulidum cladem,quando tot millia lætho
Marte dedit,tres vt modios inſigne virorum
Nobilium magnum compleuerit Annulus,altæ
Inuictam miſit quos ad Carthaginis vrbem.
Tu quoque Lætheas Tite ſi dimittere ad vndas
Tot mentes hominum potuiſti,mænia quando
Antiopæ Solymæ,& ſacratas Numinis ædes
Vrere permiſit cœlum,& ſuprema voluntas.
Humanæ hanc vires poterant non edere cladem.
Namque olim multi diuino flamine vates
Extremam Iſacidis hanc prædixere ruinam
Vrbis,quin etiam Dominus prædixit IESVS.
Poſtquã magnanimus portauit ab hoſte triumphũ
Alphonſus victor patrias digreſſus ad oras,
Luſiadum placida populos in pace regebat.
Inſanus,triſtis,ſæuus,ac impius omni
Fama hominum dignus tunc caſus contigit, imis
Qui (ſcelus horrendum) nunc tectas detegit vrnas,
Ducere cum vitam tranquillam fata vetarunt
Agnetem,quæ poſt mortem Regina vocata eſt:
Tu tu ſolus amor crudelis,& horride,vita
Viribus imparibus pulchram ſpoliare puellam
Niteris,& tanto felicem lumine gentem
Si non, crudelis,multo ſitis aſpera luctu
Lenitur,magis,atque magis ſitientia torques

Pectora,fæmineo tandem maculare cruore,
Tingere & exoptas altaria dira Tyranni.
Ecce quieſcebas Mondæ pulcherrima ripis
Ætatiſque tuæ captabas dulcia fructus
Præmia,(ſed multum requieſcere gaudia vitæ
Non patitur fortuna ferox) tua lumina Mondæ
Stellati ripas lacrymis,& fletibus augent,
Principis & Petri gratum tibi nomen,& alta
Fixum mente manens manifeſtas montibus,herbis,
Floribus,atque roſis,hyacintho,albiſque liguſtris.
His animum incenſum curis inflammat amore
Fæmina, & illuſtrat noctis cum Luna tenebras
Sola domo mæret vacua, ſtratoque relicto
Incubat,illum abſens abſentem, auditque,videtque.
Nobilium princeps thalamos iam deſpicit,Agnes
Pectore ſola manet,ſolam ſociare ſodalem
Conſtituit Petrus,ſibi ſtat ſententia menti,
Coniugio Agneti tandem ſe tradidit illi.
Improbe amor,ſic tu mortalia pectora cogis!
At Rex Alphonſus nimia iam membra ſenecta
Laſſa gerens,Nati ardentem conſpexit amorem
Illuſtres thalamos,regali & ſanguine dignos
Temnere,rumores populique,& iurgia vidit,
Agnetem ſtatuit formoſam mergere acerbo
Funere,& inſontem vultus ſpoliare decore.
Sanguine conceptas ſtatuens extinguere flammas,
Quas ſecurus amor conſtanti in pectore nutrit.
Quis furor ò ciues,placuit ne vt frigidus enſis,
Quo Mauri ad ſtygias mittuntur ſæpe paludes,
Imbellem contra,fragilem,pulchramque puellam
Vibre-

Vibretur,perdatque leui cum vulnere vitam.
Horrifici ad Regem motum pietate miniſtri
Adducunt miſeram;populus ſed mente feroci
Suadet vt Agnetem ſuperis Rex auferat auris.
Attamen illa ſui Petri non immemor, ædes
Reſpicit æthereas,flammiſque accenſa dolorem
Principis abſentis,chara natoſque parente
Orbatos pluſquam mortem lacrymauerat Agnes.
Fundebant oculi lacrymas,tunc fune miniſter
Alligat & palmas niueo candore decoras,
Poſtea conſpiciens pueros ſua pignora, dulci
Queis diſtenta dabat ludens lacte vbera mater,
Principis & natos arcto nutribat amore,
Sic fatur lacrymans,triſtique hæc protulit ore.
Si quando (Rex alme) feras, natura feroces
Quas produxit,aues aſſuetas forte rapinis,
Commouit pietas pueros nutrire recenti
Lacte,ſinuque ſuo,iam vt monſtrauere columbæ
Egregiæ Nini matri,quæ pabula quondam
Præſtabant pulchræ magna pietate puellæ:
Et Lupa monſtrauit,ſitiens dum flumina quærit
Inueniens binos nutriuit lacte gemellos
Inclita,qui magnæ fundarunt mœnia Romæ.
Tu Rex humano,qui polles corde,videtur
Humanum ſi forte tibi mactare puellam
Inſontem,indemnemque,ac nullo crimine fœdam,
Hoc tibi crimen erit ſolum,quod pectora nati
Vicerit,eximio qui me ſibi iunxit amore.
Reſpice ad hos pueros triſtem ne reſpice matrem,
Te moueat pietas,ſiquidem te nulla mouere

Culpa

Culpa valet, vitamque inſons cum ſanguine fundo.
Quod ſi Maurorum furias conſumere ferro
Ipſe potes, moueat ſummum clementia pectus,
Neue occide Nurum, quæ crimina nulla patrauit.
Si tamen hæc ratio ſublimia pectora Regis
Non mouet, extremas infelix mittar ad oras
Exul ero Scythicis campis Lybiciſque remotis,
Queis lacrymis, noſtros dū ſpiritus hos reget artus,
Conſumam infauſtum Petri non immemor æuum
Principis, & nomen firmo ſub pectore condam.
Me mitte ad populos ſæuos, tigreſque, leoneſque
Et fortaſſe mihi pietas erit obuia, pectus
Quam celſum, eximium, ſublimeque denegat, oris
Exul ero extremis placido contenta fauore;
Pignora, reliquiaſque tui, quem corde reporto,
Principis atque mei, materno ibi pectore paſcam.
Iam pietas Regem impellit, iam parcere motus
Optat; nam nimium mouerunt verba puellæ,
Sed non magnatum, populique ferocia parcit,
Sanguineumque ferox vagina liberat enſem,
Qui morte inſontem dignam putat eſſe puellam.
O dura, ac horrenda nimis, fera viſcera! contra
Imbellem, timidam monſtraſtis robora fortes!
Qualis Pirrhus erat, cum pulchra Polyxena virgo
Extremum charæ matris ſolamen, Achillis
Quod fera formoſam damnauerat vmbra puellam,
Crudelem Pirrhus iam præparat impius enſem.
Aſt illa in matrem furijs, iraque furentem
Lumina conijciens; quibus aera temperat, agnæ
Haud ſimilis patiens gladio ſe ſe hoſtia ſubdit.

Sic contra Agnetem inſurgunt, collumque cruento
Percutiunt gladio,& ceruicem vulnere fœdant,
Ceruicem candore niuem,glaciemque rigentem
Quæ ſuperat;pendent ex collo opera alta ſupremi
Principis.Agnetem qui poſt ſua funera fecit
Reginam; moriens chryſtalli lumine guttas
Emittit,formoſa quibus decorauerat ora.
O miſeri caſum veſtrum penſate futurum?
Quam bene Sol poteras abſcondere fulgida ab iſtis
Lumina,vt inſani feralis menſa Thyeſtis
Luce tua caruit,natum cum frater edendum
Atreus appoſuit,neque enim hoc perferre volebas?
Voſque cauæ valles,vos alta cacumina montis,
Quæ vocem extremam potuiſtis ab ore puellæ
Accipere,audiſtis dilecti nomina Petri,
Atque iterum longo repetiſtis tempore Petrum.
Sicut cum præciſa fuit,ſine tempore pulchra
Vel roſa,vel flores,vel lylia candida bellæ
Virginis attrectata manu,queis texere amænum
Cura fuit tenero capitique imponere certum,
Iam color abſcedit,gratumque amittit odorem.
Sic defuncta iaces Agnes,ſic ora colorem
Deperdunt; ſic pulchra roſas,ſic lylia pulchra
Amittit facies,vultum color atque reliquit
Purpureus,pallor gelidos ſolum occupat artus.
Vos fluuij Nymphæ Mondæ teterrima veſtræ
Funera ploraſtis per tempora longa puellæ,
Æternumque oculis lacrymas vertiſtis amænum
Infontem,atque illi poſuiſtis nomen amorum
Agnetis,Petrique ſimul. Quàm ſuauis odore

Irrigat

Irrigat vnda rocas,flores,& lilia campi.
Fungitur Alphonſus fatali lege,ſenexque
Abſoluit vitam,Nato regnumque relinquit.
Poſtquam autem Petrus cæpit moderamina regni,
Dilectæ exagitant mortalia vulnera ſponſæ
Sumere vindictam,fugiunt qui tale patrarunt
Horrendum,infauſtum,dictu mirabile crimen.
Tradidit hos Petrus crudelis,regna gubernat
Qui tunc Heſperiæ,noſter poſt tradit Iberos
Nonnullos profugos, qui duri dira Tyranni
Facta timent,viuunt Luſo ſub rege quieti,
Atque ita geſſerunt inter ſe fædera reges,
Quæ Lepidus fratrem tradens, quæ Antonius vnum
Germanum patris,& quæ Cæſar pignora amoris
Antiqui Marcum,quondam geſſere maligno
Pectore,vt extremæ ferrent diſcrimina mortis.
Maximus hic princeps nil gratius eſſe putabat
Imperio regum,ſæua quam morte latrones,
Supplicioque Crucis torquere,& maxima pænis
Flagitia afficere,& nulla impunita manere.
Sic iuſtis cunctas ſeruabat legibus vrbes
Nulla latrocinia,& veſana iniuria legum,
Sed pietas,& recta fides florebat,& æquum.
Non vagus Alcides quondam,non æmulus ille
Supplicio plures Theſeus torſere latrones,
Quam princeps Petrus,Regi tormenta rapinis
Debita cura fuit librata expendere lance.
Naſcitur ex iuſto Fernandus Principe mollis,
Atque imbellis iners,deſes,nimiumque remiſſus.
O varius naturæ ordo,variique recurſus !

En pater inuictus, rectuſque, ac conſcius æqui,
En natus timidus, vecors, ac ſenſubus orbus.
Oppida nam timidus Rex deuaſtabat Iberus
Agmina multa ferẽs hominum, cunctoſq; ſuperbos,
Non tamen interea regnum defendere auitum
Curat, & à Luſis expellere finibus hoſtem.
Deditus eſt aulæ, Veneris, Bacchique peritus,
Imminet exitium Regno, penituſque ruinam
Extremam aſpiceret, ni ſummum Roma miniſtrum
Mittat, & aduerſos componat fœdere Reges:
Proh ſcelus horrendum! Luſos ad bella paratos
Semper, & ad ſignum ſolitos concurrere, Rege
Deſide, Caſtellæ Rex ſic inuadit inermes,
Vltima, vt infelix videat diſcrimina Regnum!
Vel quia ſydereus ſic tunc permiſit Olympus,
In pœnam vxorem ſancta quod lege mariti
Liberat, vnitam Leonorem fœdere firmo
Coniungitque ſibi ſponſam, Regnique Coronam
Impoſuit formæ captus dulcedine, mollem
Vel quia dira Venus penetrans ſic viſcera, Regem
Reddiderat, nam turpis amor fera pectora mollit.
Ob Veneris vitium multi ſoluiſſe feruntur
Supplicium, cælo ſic permittente, Mycænas
Qui petijt paſtor ratibus Paris impius altis,
Formoſamque Helenam rapiens Lacedæmone littus
Attulit ad Phrygium, Priamique incluſit in aulas.
Criminis hic pœnas, & Troica mœnia ſoluunt.
Tu quoque Virginea dum vis ſpoliare maritum
Appie Tarquinij tu natus ſexte ſceleſtum
Committis crimen, dum caſta Lucrecia Regem

Excipit

Excipit hoſpitio,regno priuaris,& exul
Mitteris Auſoniæ extra fortia mænia Romæ.
Appius abſoluit vinclis,& carcere vitam,
Quin etiam vates Diuino Regius ore
Carmina decantans,poſtquam deuictus amore
Berſabeam rapuit,fidumque occidit Vriam,
Et Regem,& populum pænis puniuit acerbis
Omnipotens,rueretque genus fortaſſe ſuperbum
Iſacidum,pietas niſi viſcera ſancta moueret,
Et Rex fatidicus triſti ſua crimina plantu
Fleret. Bethamicamque tribum,& Galaatidis vrbẽ
Euertit ſæuum crudeli pectore crimen
Commiſſum.Regnnm Pharaonis Sara ruinis
Afficit multis,Regis quia ducta ſupremas
Ingreditur ſedes iuſſu.Tibi Dina labores
Rapta,vrbique tuæ pepirit,quod viſa fuiſti.
Sollicitus ſemper fortiſſima pectora mollit
Ardor,debilitat vireſque Cupidinis arcus.
Filius Almenæ nobis manifeſtet amorem
Lydia Lygea cum tincta puella palude
Omphale oblitum cogit deducere dura
Mollia penſa manu,totum qui robore mundum
Vicerat.Antoni cur ſic tua fama per orbem
Nigreſcit?Denſam regina Ægyptia noctem
Addidit Hoc etiam victor tu Pæne tuliſti
Supplicium,pulchram cum Appullia terra puellam
Dat tibi,& inuictus victricia lumina cæcas,
Impiè amor quorſum aſpectu vecordia torques
Pectora?qui ſtimulas ardentia corda ſagittis.

LVSIADVM

LIBER IIII.

ARGVMENTVM.

DEſcribit hoc libro Poeta eximiã primi Ioannis Portugalliæ Regis in rebus bellicis fælicitatem; & quãtis flagrauerit deſiderijs, vt aliquã de Indiæ Imperio cognitionem haberet Rex Ioannes ſecundus: quam mentem executus fuit Rex Emmannel, dum Vaſcum á Gama claſsi Præfectum miſit.

1 POſt pluuias, imbres, nimbos, ſæuãq; procellã,
Nocturnamq; vmbrã, furioſi & flamina vẽti
Sol oriens radijs tranquillat nubila claris,
Imbelli gelidũ remouetq; á mente timorem
Dat quoque ſpem portus, ſtatio tutiſſima nautis
Apparet, nigras pellit Sol lumine nubes
Reſplendens. Luſis ſic fortibus accidit, atra
Poſtquam Fernando fatalia fila recidit,
Atropos, & populos, & regna cadentia liquit.

Nam

Nam ſi forte fuit votum, quo extollere Regem
Oppreſſi poſſent Luſi, qui Marte feroci
Funderet audaces, belloque acceſſeret omnes
Caſtellæ populos, qui magna incommoda regno
Attulerant, ipſumque pati diſcrimina rerum
Vltima tentarunt Fernando Rege, ruinas
Ingentes populi, depreſſaque mænia, fortes
Arces, atque vrbes immenſa pericula ferre.
Magnanimũ, illuſtremq; inſignem robore, & armis,
Ac Petri natum Regem accepere Ioannem.
Monſtrarunt claris cæleſtia numina ſignis
Electum Regem cælo placuiſſe ſereno,
Quando, qua ſedem poſuit Sertorius, vrbe
Ore immaturo voces depromit, & altos
Edidit ore ſonos, palmaſque ad ſydera tollit,
Et Regem clamat vix nata puella Ioannem.
Attollunt animos Luſi, renouantur Auerni
Tracta odia ex vndis, quæ pectora preſſa labore
Torquebant furijs, tollit plebs Luſa furores,
Queis incenſa gerit crudelia facta, maligno
Intima corda hominum maculat furioſa veneno,
Tartareaque ferox ex ſede exurgit Erynnis,
Reginæ occidunt gladijs, Comitiſque nefandi
Coniunctos vinclo conſanguinitatis; honorem
Regalem demens, famam, & Regina pudicam
Perdidit extincti poſt triſtia fata mariti,
Saucia nam curis Comitis fera vulnera venis
Nutrit, & ardenti Veneris conſumitur igne.
Ille ideo multis confoſſus pectora plagis
Occumbit, meritas & dat cum ſanguine pænas.

At Leonora fugit, ſummiſque abſconditur aulis.
Vltima multi etiam ſuſpiria mœſta dedere,
Occiſique cadunt: læuus furor arma miniſtrat.
En velut Aſthyanax ex alta turre ſacerdos
Præcipitatus obit, corpuſque in fruſtra ſecatur;
Sacra Tiara nihil valet, & nihil inclytus ordo,
Reſpectus nullus, nulla indulgentia, ſeruat
Nullam plebs indocta fidem, trahiturque cadauer
Pontificis. Quantas furioſa exſuſcitat iras
Thiſiphone? quantum virus diſpergit Erynnis!
Barbara iam ſileant diræ ſpectacula cædis,
Infelix quam Roma tulit, quo tempore clauum
Tractabat Marius. Taceant quæ Sylla cruentus
Fecit, quando hoſtem trepidanti exegit ab vrbe:
Excitat infauſtas comitis poſt fata querellas
At Leonora furens, quod diro vulnere amantem
Viderit ante oculos comitem profundere lętho
Infelicem animam, lapſantem & ſanguine multo
Expiraſſe ſuum, nimio correpta furore
Caſtellæ multis Regem conatibus vrget,
Arma paret capiat Luſi ſibi debita Regni
Sceptra, ferat ſecum cuneos, forteſque cohortes:
Nam ſua defuncto ſuccedit nata parenti
Nata, inquam, vanum retinet ſed fama tumultum.
Rex igitur varijs ex partibus agmen Iberis
Congregat, vt Luſis horrentia bella pararet
Heſperia ex omni, quæ quondam nomina Brigis
Accepit veteris, ſi facta ſimillima famæ.
Adueniunt acies, veniuntque ad prælia gentes,
Quas quondam Rodericus atrox, ac fortis ab enſe

Liberat,

Liberat, atque iugo Maurorum nomine clarus
Fernandus, veniunt, duro qui vomere latos
Proſcindunt Legionis agros, quos Maurus iniquus
Fugit, & attonitus viridantia prata reliquit.
Aduenit & nitidis ornatus Vuandalus armis,
Hiſpalis immanem quem mittit ad horrida Martis
Bella, ſalutiferis Bæthis quam interluit vndis.
Quin etiam Tyrio Gades fundata labore
Inſula, diues opum, vexilla ornata columnis
Herculeis ducens, immenſum congregat agmen.
Vrbs etiam illuſtris populoſa antiqua Toletus,
Quam fæcundat aquis noſter Tagus aurifer, ortum
Conchenſi de monte trahens, fert agmina multo
Milite conſtipata. Metus non corda (Galæci
Sordida gens) prohibet, ne forti prælia Luſo,
Experti cuius quondam fera vulnera, tentent,
Hos etiam nudi Calybes ſectantur, & iras
Exercent, furiaſque trahunt ex ſedibus imis
Nec vicina ferunt crudeles damna. Lipuſca
Dira venit, diroque etiam nunc Auſtura ferro
Nobilitata ſuo, quo fortia pectora munit.
Luſus at è cuius dimanat pectore virtus,
Sicut manauit Sanſoni à crine, Ioannes
Inuicto, fortique animo parua agmina Marti
Præparat intrepidus, cunctas regit ille cohortes
Conuocat, & verbis metuentes roborat, hoſtis
Deſidiam monſtrans, & fortia pectora Luſi.
Voluitur interea ſtudia in contraria cætus
Nobilium, variæ varia eſt ſententia menti.
Non deſunt, qui corda ferant ſatiata veneno

Con-

Conuertantque ſuas odia in contraria vires.
His gelidus latè timor occupat oſſa,timentes
Bella negant,æquumque putant transferre ad Iberũ
Inclyta ſceptra ducem, legeſque,& nobile regnum.
Nominis immemores,quantos ad bella creauit,
Et quot noſtra viros,quot Luſitania Iberis
Prælia contulerit,quoties & vicerit armis.
Atque ita iura ſuæ patriæ,regique negarunt,
Quin etiam Chriſto legeſque,& iura negabunt.
Attamen o Noni toto memorabilis orbe
Viſcera dira quatit nunquam timor ille,nec vllis
Germani poſſunt mentem conatibus actam
Ducere,quod patriam non ſeruet ſanguine, & enſe.
Hic manibus gladium arripiens,hic impiger,acer,
Hic iracundus,furijſque agitatus iniquis,
Et minitans ponto,terrę,mundoque remoto,
Accenſo loquitur ſic imperterritus ore.
Ergo erit ex noſtra Luſorum prole,recuſet
Qui patrium Martem, bellum timeatque nefandũ?
Ergo erit in Luſa genitus tellure,ſupremos
Quæ tulit in bellis omni de gente triumphos,
Qui neget inuicta regnum defendere dextra?
Atque fidem patriæ neget,artus,robur,amorem
Luſorum,atque aliqua ductus ratione ſuperbo
Audeat alterius regnum hoc committere fræno?
Quid? Vos non eſtis præclaro ex ſanguine nati
Illorum,Alphonſi primi qui ſigna ſecuti
Heſperios populos vicerunt Marte feroces!
Agmina cum diro ſuperarunt Martia bello,
Et ſeptem comites manibus poſt terga ligatos

Duxere

Duxere ad Regem,ex campo ſpolia ampla ferentes?
Quis furias horum vires,animoſque ſuperbos,
Qui nunc Luſorum referunt damna impia regno,
Tempore quo mira ſceptrum Dionyſius arte,
Alphonſuſque gerunt Regni,Mauorte repreſſit
Horribili?num veſtri ataui, veſtrique parentes?
Quod ſi deſidiæ Fernandus corda veneno
Impleuit,redeant veteres ad pectora vires,
Regis & inuicti veſtigia certa tenete;
Mutatur populus ſi robore Regis,& armis,
Rex vobis clarum,lætis quem vocibus vrbes
Clamarunt Regem,cuius ſi viribus æquæ
Sint populi vires,fortiſſima mænia,gentes
Indomitas,forteſque vrbes,ac oppida multo
Robore vincetis,quoſque & viciſtis Iberos:
Si vero haud ſubijt ratio correpta timore,
Corda,animos,vires,validum & deponite robur.
Solus ego in metuenda ferar diſcrimina,ſolus
Caſtellæ furias frangam,populoſque domabo.
Solus cum ſocijs,gladioque(& liberat enſem
Vagina medium)patriam iam denique victam,
Subiectamque iugo nullius,Marte tuebor
Horrendo, & noſtras defendam ex hoſtibus vrbes.
Virtutem ob Regis,patriæ,fideique decorem
Non ſolum has acies,& fortia pectora vincam,
Verum etiam Regi contraria quælibet arte
Agmina proſternam forti, ac fortiſſima ſcandam
Mænia,& horrendis euertam viribus vrbes.
Non ſecus,ac quando iuuenes,quos oppida victos
Excipiunt Caneſi Canenſi ex Marte relictos

Annibaliſque ducis, Pænorum & viribus, alto
Terrore impulſos, ac ſubdere dura ſuperbo
Colla iugo latè cupientes cogit acerbo
Enſe ſuo nunquam Romana arma relinquere bella,
Quantum vita comes fuerit, Cornellius illos
Ad fera bella mouens, fortes inuadit & hoſtes.
Hac cogit populos, & Nonius admonet arte,
Qui remouent ex corde metum, Mauortia quiſque
Induit arma, alij Neptuni animalia ſcandunt,
Atque ornant phaleris, celeres immittere curſus
In gyrum conantur equos, haſtilia vibrant,
Et feriunt ſuperas magnis clamoribus arces.
Viuat Rex, viuat, viuat per ſęcula, dicunt,
Qui patriam, campoſque, fero & nos liberat hoſte.
Quidam bella probant, patriæ qui rura tuentur.
Inſtaurant alij, mundantque horrentia Martis
Arma, ſalutifera quæ pax conſumpſerat arte.
Pars galeas renouant, pars ſpicula lucida tergent,
Pars acuunt gladios, ſubigunt in cote ſecures
Altera pars, varijs ornant ſe veſtibus omnes,
Quique ſui faciunt diuerſa emblemata amoris.
Ducit ab Abrantes Rex agmina ſæua Ioannes,
Abrantes nitidis quam præterlabitur vndis
Aurifer ipſe Tagus, ſublimiaque irrigat arua.
Armigeros primos ducebat Nonius, aptus
Innumeros regat vt cuneos, quos inclytus olim
Helles pontiacas Xerxes ducebat ad oras.
Nonius Hiſpanis populis crudele flagellum,
Quale fuit Gallis, Italis ferus Attila quondam.
Luſorum dextram rector tenet inclitus alam

Men-

Mendus, ad imperium quo non præſtantior alter.
Ducit Magnanimus cornuque Almada ſiniſtrum,
Gallia quem Comitem meritis poſcentibus olim
Magna creat, titulumq; grauem donauit Abrāches:
Poſtea ſubſequitur reſplendens ore Ioannes,
Qui poterit rabidum Martis contemnere vultum.
Germanæ, ſponſę, circundant mœnia matres,
Effunduntque preces, promittunt munera Chriſto.
Iam ſe ſe appropriant, atque agmina mutua cernunt
Agmina, quæ ſonitum miſere ad fulgida cæli
Sydera, ſed cunctis dubia eſt victoria menti.
Reſpondet lituus lituo, tuba dira viciſſim,
Tympana Mauortis ſonitus dant, bellica clamant
Cornua, ſigniferi fortes vexilla reuoluunt,
Et ventis tradunt multo variata colore.
Tempus erat, quo flaua Ceres frumenta colonis
Colligit, & votis reſpondent ſemina fructu,
In ſignum Aſtrææ pulchrum Sol aureus intrat,
Tempore quo Bacchus maturas exprimit vuas,
Purpureoque implet late dolia ampla Lyeo.
Horrendum, ingentem, tremebūdum præbet Iberū
Tunc tuba rauca ſonū tremuit mons Artabus, amnis
In caput inuertit, nec voluit ad æquora Lymphas.
Dulcis Anas trepidus, timidis & Durius vndis
Subſtitit, & curſum tenuit, capiturque timore,
Et Tagus auriferos dubitauit voluere fluctus,
Atque etiam Matres, quarum peruenit ad aures
Horribilis ſonitus preſſere ad pectora natos.
Quot facies pallent! quot ſunt ſine ſanguine vultus!
Corda petit, geliduſque coit formidine ſanguis.

Corda gelata quatit gelidus timor amplius, arctum
Quam ſit diſcrimen rerum, caſuſque periclum.
Incipit horrendus bellum committere Mauors,
Ancipitique manu pugnatur, & aſpera ſurgunt
Prælia, primæ alæ diuerſa ex parte mouentur.
Hos amor incendit proprium defendere regnum,
Spes alios ſuperare hoſtes, ac ſubdere regni
In iuga colla feri, magnum ac portare triumphum.
Ecce autem miro inſurgit Pererius Heros
Robore profligat, ferit, ac occidit, & hoſtes,
Mortua per viridem ſpargitque cadauera campum.
Singultantem animam multi cum ſanguine fundūt,
Triſtia tellurem capiunt tunc corpora, viua
Quam valde optabant, oriturque miſerrima cædes.
Spicula terribili ſtrident per inania motu,
Diraque tela volant, neruo emiſſæque ſagittæ,
Terraque ſub pedibus trepidans ferueſcit equorum.
Et reſonant valles, reſonant & culmina montis,
Frangunturque haſtæ, ſonitum dant arma cadentis
Militis, aut equitis, ſæuuſque inſurgit Iberus,
In fortem durus tractat quam Nonius alam,
Et multas infert clades, ſtragemque minatur
Ecce autem fratres ab eodem ſanguine nati
Inuadunt, quæruntque virum (mirabile dictu)
Sed magis eſt patriam propriumq; extinguere Regē
Velle ſuum externæ regnum, & committere genti
(Ptoh ſcelus horrendum) quā velle occidere fratrē.
Bella per Aliubicos pluſquam ciuilia campos
Aſpice, bella pater nato, natuſque parenti
Bella infert, frater fratrem petit impius enſe,

Affinem

Affinem affinis,crudeli vulnere coſtas
En ſocer affligit genero,gener alter iniqua
Pectora magnanimo ſocero,lethalia reddunt
Vulnera,tellurem pulſat defunctus vterque.
Non aliter,quàm cum ciuilia prælia Cæſar
Pompeium generum contra commiſit,& altam
Emathij campi populi videre ruinam
Romulidum forti conuerſa in viſcera dextra.
O Dux Sertori excellens! ò Coriolane
Nobilis! ò nimio patriam Catilina furore
Conturbans! quicunque alij qui corde nefando
Aduerſus patrias immania bella paraſtis!
Si vos Tartarea concluſos ſede feroci
Supplicio,ac pœnis ſæua infeſtarit Erynnis,
Theſiphoneque ſuis laniarit corda flagellis.
Dicite tunc aliquos Luſorum ex prole fuiſſe
Hoſtibus inſignem tentantes prodere terram.
Horrificum primum noſtrorum rumpitur agmen
Irruit in Luſos vis maxima,robur Iberæ
Ingruit immenſum gentis,iam iamque putabant
Extremam Luſos belli tolerare ruinam.
Nonius at furioſus adeſt, animumque ferocem
Attollens,furijs vltro implacabilis ardet.
Ceu magnæ in campis Septæ,vel rupibus altis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus
Tunc demum mouet arma Leo, fremit ore cruento
Turbidus,at nullo quaſſatur corda timore,
Nec patitur natura ferox,vt terga relaxet
Fortia,quin potius medijs ſe interritus haſtis
Emittat Sic intrepidus Pererius heros

Tellurem

Tellurem tingens alieno ſanguine, multis
Vulneribus petitur, vitam cum ſanguine perdunt
Ex Luſis quidam, numeroſo milite virtus
Perditur. Excelſus præſentit damna Ioannes,
Quæ fert prima cohors, nam dux fortiſſimus omnes
Euoluit cuneos, magni præſentia Regis
Omnibus & vires, animos, & robora præſtat.
Sicut cum peperit catulos furibunda leæna,
Quos rapuit paſtor, dum pabula quærit in aruis
Maſsylum latus, currit furibunda, fremitque,
Concutit & fremitu ſeptem rapidiſſima montes.
Sic Rex diſcurrens primæ ſe accommodat alæ,
Atque animo inuicto ſocios hortatur amicos,
O ſocij fortes, Equites, o maxima mundi
Pectora, quos nullus præcelſo robore, & armis
Æquat, pugnate, & veſtram defendite terram.
Nam ſpes libertatis (ait) veſtram arguit haſtam.
En Regem veſtrum, charumque videte ſodalem,
Qui primus bellum ſubiens, hoſteſque, ſagittaſque
Et gladios ſpernens, nunc tota per agmina curro.
Magnanimi Luſi Martem exercete ferocem,
Hæc dicens validam metuendis viribus haſtam
Vibrat, & indomitos furibundus torquet in hoſtes,
Quæ volat & feriens immani vulnere multos,
In ſuprema trahit triſtis ſuſpiria cordis.
Iam Luſos flammis iræ, inſignique pudore
Accenſos vocat ad bellum, & mouet æmula virtus,
Martia facta gerunt omni diſcrimine vitæ
Poſt habito, Martis metuenda pericula vincunt,
Inſiſtunt operi, gladios tinguntque cruore

Rumpunt loricas,& magno vulnere pectus,
Mutua ſic capiunt,& dant fera vulnera,tanquam
Si dolor ille breuem potuiſſet lædere vitam,
Viſcera nec quateret,multi mittuntur ad vndas
Tartareas quorum iam mors,iam frigidus enſis
Corpora tranſgreditur. Præfectus & ipſe Iacobi
Militia celebris cecidit, qui prælia forti
Robore miſcebat,labuntur frigida lętho
Lumina,& ad coſtas ſtat grandi vulnere mucro.
Labitur exanguis fortis Calatraua Magiſtrum
Quem nouit,curru excuſſus deuoluitur aruis.
Perfidiæ binos germanos labe notatos
Nonius emittit nigras Acharontis ad vmbras,
Multi etiam mortem ſubeunt,ignobile vulgus,
Quin & nobilium mentes voluuntur ad ædes,
Quas ſeruat diro recubans immanis in antro
Cerberus,hic magno latratu regna trifauci
Perſonat; vtque magis furibunda ſuperbia Iberæ
Gentis,& arma cadant,vexillum inſigne ſuperbæ
Caſtellæ capitur,capiuntur & altera Marte
Signa fauente,ruunt iaculis,atque enſibus acti
Signiferi,multo rubefiunt bella cruore,
Cladibus,& gemitu,lacrymis, color ora reliquit
Mortua purpureus,tinguntur ſanguine flores,
Lilia natiuum commutant pulchra colorem.
Iam fugit & campum,vitamque reliquit Iberus,
Iam furor ipſe deeſt,iam vulnera ſæua ſuperſunt,
Iam Rex Caſtellæ cuneos, atque agmina triſtis
Profligata videt,diris inglorius armis
Propoſitum mutat,cæpti iam pœnitet acti,

Deſerit & campum, vitam non deſerit amens,
Et fugit, inſequitur gelida de morte ſuperſtes
Quilibet, & celeres pedibus timor addidit alas.
Ingentem mæſto condunt in corde dolorem
Dum memorant mortes, expenſaſque ære ſolutas,
Dedecoris maculas, Luſos ſpolia ampla ferentes
Cum videant paucos, opulentaque caſtra ſuperbis
Diuitijs, fuluoque intextis veſtibus auro,
Et Chlamydes, Clypeos, gladios, & fortia tela,
Et vexilla ſimul, ſceptra ac inſignia Regis,
Diripere, & lætum portare ex hoſte triumphum.
Hi deteſtantur truculenti prælia Martis,
Conqueriturque alius, quod tũc fera traxit Erynnis
Ad ſuperos bellum nigris Acherontis ab vndis.
Ille ſitim culpat furibundi pectoris, alter
Incuſat Regem, qui mille laboribus offert
Obſcuram plebem, pœnis ſubditque profundi,
Nec ſinit & populos tranquilla pace potiri,
Vt cupida rapiat regnumque, atque oppida mente
Rura aliena, vrbes, charis ſponſaſque maritis,
Et natis Matres, ſocioſque ſodalibus orbet.
Rex victor Luſus ſolitis manſiſſe diebus
Fertur, victoris fruitur cum nomine bello.
Syderio primum ſoluit ſua vota Tonanti
Grates lætus agens, quod victus abiret Iberus,
Fortibus & Luſis victoria læta faueret.
Nonius at bellis ſtatuens ſibi quærere nomen
Æternum quo fama volet ſuper aſtra, parauit
Caſtra, atque eximium virtute, & viribus agmen
Congregat, & terras victor petit arduus, vltra

Quas Tagus excellens nitidis rigat aurifer vndis.
Sic Deus inceptum iuuat, vt Dux Nonius æquet
Propoſitum facto,nam terra Vuandula nullo
Deuictas tradit dextras,ſpoliumque labore,
Ante pedes tellus proſternit Bæthica ſignum,
Proſternuntque duces alij,nec ſæua reſiſtunt
Robora roboribus Luſi,gladijſque cruentis.
His,alijſque malis,quæ bella horrenda ferebant,
Caſtellæ populi preſſi,regnumque ruebat.
Optata ſed enim placuit victoribus altæ
Caſtellæ populos deuictos pace potiri,
Poſtquam permiſit pater Omnipotentis Olympi
Coniugio ſtabili binas copulare ſorores
Regibus Hiſpano,& Luſo,quæ ſanguine natæ
Regali Anglorum geſtu,facieque decoras
Vincebant Regno formam admirante puellas.
Poſtquam inter Reges vixit pax aurea,poſtquam
Diſſidij abrumpunt vinculum; gens effera Marte
Et bellare parans,quærit quem vincere poſſit,
Et cum regna pio tranquillæ pondere pacis
Sint circum ſtabilita,rates queis æquora ſulcet
Congregat,ac patriæ trans littora feruida pergit.
Rex fuit hic primus Luſus, maria alta carinis
Qui ſecat,ingenti Ceptenſem expugnat & vrbem
Robore,vt aſpiciat diuino numine plenus
Quam Domini ſuperet Lex ſacratiſſima Chriſti
Infandam legem, & mahometica dogmata Maurus.
Mille Noti pandunt naues ſua vela ſecundis
Flatibus; & ſalſum argentum,ac Neptunia regna
Ære ruunt,faciuntque viam,quà ferbidus olim

Alcides poſuit metas, vbi Cepta ſuperbos
Eregit ad cœlum muros, Abyleque cacumen
Arte capit Luſus turritam mænibus arcem,
Inuictos Mauros populoſa ac eijcit vrbe,
Innumeroſque agros, atque arua Hiſpanica damnis
Liberat, Infando quæ fraus compulſa furore
Indigni Comitis, multis induxerat annis.
Inuida ſed vitæ nimium violenta ſupremum
Parca ſecat filum, ſceptrum Mauortius heros
Ne gerat, atque dies in funere ſoluit acerbo,
Viſitat æthereas tunc mens ſanctiſſima ſedes,
Præmiaque accepit pro tanto digna labore.
At prolem ingenuam illuſtriſſima pignora natos
Linquit, quæ populos virtute, & legibus æquis
Tractet, & augmentum capiat terra inclyta Regni.
Non tam fælici procedunt tempora curſu
Accipit Imperium cum Rex Eduardus auitum:
Alternare malis ſic proſpera ſueuit acerbis
Dulcia, ſic lætis fortuna improuida miſcet
Triſtia. Quis ſortem firmam, ſtabilemque videbit
Lætitiam, dubiæque rotæ quis reſtitit vnquam?
Nec tamen incertas ita Rex, ita nobile Regnum
Præſentit leges, dubiæque volubile telum
Fortunæ, vidit puerum, fratremque minorem
Fernandum captum Maurûm iuga dira ſubire;
Nam cum Tingenſem Luſus circundaret arcem,
Et magnum caperet damnum, fortiſſima linquit
Mænia, & obſidio Mauri ſoluuntur iniquo,
Agmina tunc iungunt, celeremq; incurrere in hoſtē
Robora dira parant, circundant, imminet altum

Diſcrimen,

Diſcrimen Luſi redimunt cum fænore vitas,
Et princeps Mauris in fœdera traditur obſes
Pro patria. Pateris multos miſerande labores
Macte animi virtute puer, qui ducere vitam
Felicem poſſes, pauper, captiuus inermis,
Et procul à patria viuis, ſuſpiria ſolum
Mittit ad æthereas pueri patientia ſedes,
Præponitque ſuis ſanctus bona publica, & arcem
Ceptenſem Mauro tradi vetat ipſe feroci.
Codrus vt inuictam patriam non vinceret hoſtis,
Fata ſinit potius feralia rumpere vitam,
Magnanimus ne Roma ſuum defendat honorem
Regulus optata non libertate potiri
Elegit, diroque iugo conſumere vitam.
Sic puer illuſtris Regum de ſanguine natus
Ne magnum toleret populoſa Hiſpania damnum,
Subditur imperio Mauri, collumque ſuperbo
Subijcit ille iugo toto miſerabilis æuo.
Codrus, nec Decij fortes, nec Curtius omni
Dignus laude, ſuæ ſpectacula maxima Romæ
Talia geſſerunt, Fernandus qualia geſſit.
Filius Alphonſus regnat poſt fata parentis
(Heſperia in magna Luſis memorabile nomen
Et Marti gratum) crudelis barbara Mauri
Oppida conuulſit, rigidum collumque ſubegit.
Inuicti famam acciperet, nomenque ſupremum,
Si nimia ductus virtute haud viſeret arua,
Et populos fortes, quos nutrit Iberia tellus,
Terribilis diro dicet tamen Africa bello
AlPhonſum non poſſe vllo iam robore vinci.

Heſperidum potuit poma aurea carpere ſolus,
Quæ quondam Alcides placido collegit in horto.
Quæ poſuit collo Mauri iuga fortia, nondum
Expulit, & nunquam dura à ceruice repellet.
Alcacerem fortem, populoſam & Tangeris arcem,
Arzillam excelſam proles Agarena tuetur,
Attamen Alphonſi metuendo robore linquit
Oppida, fert palmam redimitus tempora lauro,
Illuſtremque fero portauit ab hoſte triumphum,
Namque illa inclinant adamantia mænia ſæuis
Viribus aſſuetis quoſcunque euertere Mauros,
Facta tremenda gerunt, æterno & nomine digna
Hîc Luſi, horrendo dum ſcandunt mænia Marte,
Sed cæca ambitio regalia concutit exta
Alphonſi, & populis dominandi dira cupido,
Caſtellam Luſo cupiens adiungere ſceptro,
Fernandum Regem vocat ad crudelia Iberum
Prælia, Tartareas ſæuus Mars excitat Iras,
Congregat immenſum Fernandus Martius agmen
Telluris certas poſuit qua filius olim
Almenæ metas, iacet hic fortiſſima Gades.
Quique Pyrenæos habitant ſine nomine montes,
Atque alij vultu veniunt ad bella feroci.
At puer excelſus, animoſus, fortis, & acer,
Ocia dira fugit, chari ſociuſque parentis
Ad fera bella venit, campoſque horrendus Iberos
Intrat, & horrifico miſcetur murmure bellum,
Egreditur pugnans Alphonſus fronte ſerena,
Mars verò ancipiti diuiſit prælia ſorte.
Filius ingentis victor tot ſtragis aceruos

Edidit

Edidit,vt campum poſt funera ſæua relinquat
Fernandus, victorque die tota intiger agris
Siſtat,& inuictus ſpoliet caſtra ampla Ioannes.
At pater euerſum ſtupefactus conſpicit agmen,
Altaque Luſorum ruere inter prælia ſigna.
Auguſtus ſic forte fuit ſuperatus in aruis
Emathijs, victorque ferox Antonius exit,
Cum magni cupiunt vlciſci Cæſaris vmbram.
Poſtquam fata tamen miſere ad ſydera mentem
Alphonſi, ſummis fruitur quoque ſedibus heros
Inclytus,& dignus toto vt celebretur in orbe
Filius excelſi ſuſcepit ſceptra Ioannes
Luſiadum regni,magno & moderatur amore,
Hic vt Luſorum caneret fama inclyta nomen,
Martia facta ſimul populi noſtrique coronam
Augeret rubeæ tentauit quærere regnum
Auroræ, modo quam per tanta pericula quæro.
Ecce ſuos mittit Rex inuictiſſimus; illi
Hiſpanos; Galloſque agros;ac oppida luſtrant
Italiæ,portum appellunt;quo condita Siren
Barthenope magnum tenuit furibūda ſepulchrum,
Quam contra vires mōſtrarunt fata feroces,
Cum varios reges,iuga multa,& ſceptra ſubire
Diuerſa,ac toties permittunt mænia verti.
Vt tandem imperium felici nomine Regis
Hiſpani accipiens fieret celeberrima mundo.
Iam Siculos ſcindunt fluctus,iam littora Rhodæ
Clara legunt,ſcandunt ſublimes littore ripas
Vrbis Alexandri,quam quondam funera magni
Impia Pompeij decorarunt:fortia Memphis

Mænia conſpiciunt celebris,campoſque patentes
Fructiferis Nilus late quos irrigat vndis,
Æthiopumque vident populos, qui dogmata Chriſti
Obſeruant,ſacroque lauant in flumine noxas.
Iam rubros tranant fluctus, quos perfida quondam
Iſacidum proles tranſiuit Moyſe regente
Agmina,cum virga in partes mare diſcidit ambas,
Ægyptique acies mergens noua ſuſtulit vnda.
Et varios populos, Nabathæaque regna relinquunt,
Illuſtrat quæ Myrrha ſatis, ſua thura Sabæi
Dum mittunt, Arabum aſpiciunt felicia prata.
Petreæ poſt terga manent fera littora terræ,
Et penitus claris deſerta carentia lymphis.
Quin etiam ſcindunt leuibus freta Perſica cymbis,
Quà Babylonis adhuc confuſum nomen, & vrbem
Aſpiciunt noſtri,Baſſoræ nomine pontum
Appellant,Tigris, Eufrates duo flumina mundi
Hic miſcent fluctus,queis gloria maxima fontes
Sunt, quia terreſti paradiſi a culmine manant.
Inde viam carpunt,atque Indi littora quærunt
Auriferi,magniſque ſecant maria alta carinis
Oceani,quæ non auſus tranſire ſuperbus
Trajanus cunctas Indi cum ſubderet oras.
Aſpiciunt varios populos,campoſque virentes,
Et ritus varios,quos retulit India,fului
Et Narſinga ferax auri,locupletia magnæ
Littora Cambayæ precioſis plena rubinis.
Dum tamen iſta vident læti,non inde regreſſi,
Pallida namque hominum mors occupat oſſa,dieſq;
Abſoluunt,terraque externa corpora ponunt,

Nec

Nec patriæ optatos valuerunt cernere fines.
At Deus Omnipotens, nutu qui cuncta gubernat,
Dat fato Emmanuel Rex vt fortiſſimus altum
Ad finem deducat opus, curamque ſequatur
Defuncti Regis; Nam cum moderamina Regni
Sumpſit, mirandis conatur rumpere pontum
Puppibus, immenſi tentans fera littora mundi.
Tempus erat, quo prima quies gratiſſima ſerpit,
Optatum ſuadentque cadentia ſydera ſomnum,
Cum Rex Emmanuel lecto commiſerat aureo
Corpus, vbi variæ peruadunt pectora curæ.
Officium Regis recta cum mente rependit,
Sanguinis illuſtris meritum, ſtirpemque ſuorum,
Regia perdulcem captarunt lumina ſomnum.
At mens euigilat; ſimul ac nam membra ſoporem
Accipiunt virga tetigit tum ſomnifer illum
Morpheus, hic cœlum vidit ſe aſcendere ad altum,
Et manibus primam cœli pertingere ſphæram
Ex qua diuerſas mundi late aſpicit oras,
Et varias gentes, leges, ac oppida, campos.
Et poſtquam totum lætus perſpexerat orbem
Iam procul aſpexit binis è montibus altis
Erumpi binos vitreo cum gurgite fontes.
Hos habitant montes ſylueſtria monſtra, feræque
Et ſylueſtre pecus, capita alta ad ſydera tollunt
Arboreæ plantæ, denſa & caligine montes,
Atque vias inter textæ pia lumina pulchri
Impediunt ſolis; Nam prima ab Origine mundi
Nulla hominum preſſere nemus veſtigia plantis.
Fluctibus ex ipſis iam larga rigantibus arua

Aſpicit egreſſos facie, vultuque colendos,
Sylueſtreſque ſenes binos, ex crinibus ipſis
Guttæ, vndæque fluunt, totum quæ corpus inundant
Obſcurumque ferunt, denigratumque colorem,
Prolixas barbas etiam nec pectine comptas,
Inſolitis frontem ramis redimitur vterque.
Defeſſus quidam, defeſſaque membra gerebat,
Vt longum qui fecit iter, longoſque per agros
Progeditur, texitque vias ad littora longas
Sicut cum Arcadiæ ſublimibus auctus in vndis
Exudans Alpheus Arethuſæ brachia quærit.
Hic procul ad Regem grauiori pectore clamans.
O Rex ſublimis, cuius pars maxima mundi
Imperio ſeruatur (ait) nos nomine noti,
Et fama celebres, qui nunquam inflexiumus atro
Colla iugo, indomita ſemper ceruice manentes,
Tempus adeſſe reor, quo nos capita ardua ſceptro
Subdentes recto ſoluamus iure tributum.
Illuſtris Ganges, cui dat cunabula cœlum.
Hic ego ſum, miro paradiſus fonte coronat.
Hic alius Rex Indus habens in rupibus iſtis
Principium. Iam rumpe moras, iam dirige Claſſes.
Principio multo ſtabimus tibi ſanguine Marte;
Verum acri inſiſtens Luſus bella omnia vincet
Regna, vrbes, arces, campos, & mænia ſceptro.
Regna tuo adiunget, magnos portare triumphos
Gentibus ex iſtis, legumque imponere frænum
Aſpicies; en læta tibi victoria plaudit.
Hæc vbi dicta dedit decoratus flumine ſancto
Ganges, argento nitido ditiſſimus Indus

Aufugiunt. Rex Emmanuel miratur,& alta
Tunc premitur cura,reſidentque in pectore dicta.
Luſtrabat radijs totum Sol Aureus Orbem,
Et tenebras pellens formoſa reliquerat altum
Aurora Oceanum pudibundis vecta quadrigis.
Rex proceres Regni vocat,& quæ viderat,& quæ
Audierat pauidus ſolio narrauit ab alto.
Mirantur cuncti,ſtupefactique ora tenebant,
Conſiliumque probant,iam pinea texta parantur,
Armamenta ferunt Nautæ,iam tendere funes,
Tollere iam malos, demittere carbaſa ventis
Nautica gens tumidis,ſe Martia præparat vndis,
Iamque putant vaſtos Ponti proſcindere fluctus,
Et noua terrarum ſpatia,ac noua littora mundi
Quærere,& Oceani largi noua monſtra videre.
Aſt mihi quem fallax tenet ignorantia tanti
Conſilij Regis,niſi quod præſaga petebat
Mens mea, ſublimis clauum Rex tradit, & omnem
Committit claſſem,felicique omine ductus
Horrificos tentare animos,& littora Eoæ
Quærere telluris vltam,& committere ponto,
Iuſſit,& impauidum ventis oſtendere pectus.
Et precibus multis,ductiſque ex pectore verbis
(Imperium queis Rex exercet,& obligat) alto
Sic mecum prudens fatur. Gama inclyte facta
Clara catenatos comitantur iure labores,
Gloria vadit iter per præceps,fama periclis
Admiſſam magnis ducitque in ſidera vitam.
Nam,ſi non gelido ſe ſubijcit illa timori
Tunc,quo fit breuior,maiori extenditur æuo.

Elegi

Elegi te Vaſce Ducem, præque omnibus vnum
Mitto, vt ſublimem, magnum, illuſtremque laboren
Accipias humeris, & noſtrum compleat actis
Propoſitum fortuna tuis felicibus audax,
Quod tibi pro charo nunquam faſtidia rege
Afferet. Hæc dicens curuauit brachia collo.
Aſt ego deuota Regem ſic mente locutus.
Et niuibus, ferro, Rex inuictiſſime, & igni,
Fluctibus, ac multis caput obiectare periclis.
Haud dubito, ac pro te vellem (Rex maxime) long
Ætatem, vitam largos protendere in annos
Nam mihi vita breuis, noſtris haud viribus ęqua eſt
Propone ante oculos diſcrimina ſæua, feroci
Qualis ab Euryſtheo paſſus Tyrinthius Heros,
Harpyas duras, fortemque in valle leonem,
Lernęamque Hydram, mõſtrique Erymāthidas iras
Deſcensū ad ſtygias, queis Theſeus maximus vnda
Clauſus erat, maius pro te Rex inclyte, maius
Diſcrimen patiar, numquam me frigidus horror,
Coget, vt incæptum pro te non proſequar altum;
Præmia multa mihi tribuit Rex maximus, ornat
Virtutem verbis, virtus laudata vireſcit,
Et vitę laudes ad magna pericula ſuadent.
Se ſocium cæpti donat mihi Paulus, honoris
Et famæ cupidus qua ſit ſuper æthera notus,
Fœdere amicitiæ, fraterno & ſanguine iunctus.
Sicque ducem ſocias prudens Nicolae laborum
Vir patiens animo, validoque & robore præſtans
Horrendi Martis tentatus vterque periclis:
Et ſe ſe adiungunt Iuuenes, queis creſcere vires,

Et pia vota ſimul,ſimul & laudata voluntas
Ad ſolet ingenti præſtantes corpore,& armis,
Nam repetunt animos horrentia facta feroces.
Hos Rex muneribus decorans coniungit amore
Corda ſibi verbis placidis,vt ad horrida Martis
Bellà,atque ad magni quæcunque pericula mundi
Excitet,& tumidi ſubeant diſcrimina ponti.
Sic Miniæ iuncti,cum primum vellera Colchis
Aurea fatidica tentarunt tollere puppe,
Quæ pontum Euxinum quōdam fælicibus auris
Sulcauit,fertur tabulas animaſſe loquaces
Pallas amica,Argos poſuiſſeque nomina naui.
Portus Vlyſſeæ puppes capit vnicus vrbis,
Ardet opus Iuuenum nullus timor occupat artus,
Sed magnam oſtendunt ſitibundo in pectore flāmā
Cordeque lætitiam placido,ſupremaque vota,
Nauta viam certam maris appetit,ipſaque Marti
Gens deuota fero ſequitur me interrita in omnem
Partem orbis , ſummos promittit & ore triumphos.
Ambulat inuictus per ſplendida littora miles
Veſtibus indutus varijs,varijque coloris,
Nec minus ingenti decoratus robore vt orbis
Diuerſas quærat partes,ac æquora ponti.
Puppibus in magnis noſtrum volat aere ſignum
Tranquillique mouent vexilla illuſtria venti,
Promittuntque,ſecent quando maria alta carinæ
Syderea ſtellas,veluti Argo,in ſede futuras.
Nautarum poſtquam mira reparauimus arte
Inſtrumenta,mari ne quidquam deſit,Olympo
Voluimus & mentes,animos,Chriſtoque paramus,

Ten-

Tendimus ad cælum dextras,cælique benignam
Imploramus opem,qua nos vitare labores
Ignotos poſſemus,iterque abſoluere noſtrum.
Linquimus excelſum poſitũ prope littora templum
Bethlemicum felix dederat cui nomina tellus,
Qua Deus Omnipotens diris in rupibus vrbis
Naſcitur immenſi pro magno munere mundi.
Haud incerta tibi (Rex clementiſſime) narro,
Diſceſſum quoties mecum contemplor,arenas
Vt liqui,ac nimio captus tranquilla timore
Littora,vix finem lachrymis imponere poſſum;
Vndique viſendi ſtudio tunc Luſa iuuentus
Circumfuſa ruit,notos hic,ille parentem,
Iſte ſuos viſit,cunctos plebs mæſta ſalutat.
Mille ſacerdotes,ac agmina multa virorum,
Quos & religio,virtus ac candida nutrit,
Nos ſociant triſtes,mæſtique ad littora ducunt,
Exorantque Deum nobis clamoribus altis
Vt faueat,noſtrosque fauens ſibi proſperet auſus.
Venimus ad noſtras flentes hoc ordine cymbas
Tam dubia,longaque via,diſcrimina diri
Oceani,tumidas nec vincere poſſe procellas,
Piſcibus eſſe cibos,omnes vno ore fatentur
Fundebat largos lacrymarum fœmina riuos,
Virque etiam eximio ſuſpiria corde trahebat,
Mater,ſponſa,ſoror,quas ſic amor vnicus angit,
Vt nunquam gelidnm deponant corde timorem,
Pignora deſperant vnquam ſe poſſe videre.
Hæc nati funus plorat. Chariſſime fili
Quem genui in laſſæ auxilium,baculumque ſenectæ

uam diri eripient gemitus,ſuſpiria,luctus.
ur matrem miſeram,& nato me deſeris orbam?
uoquo diſcedis? quo te impia carbaſa ducunt?
ceani fluctus parient tibi nate ſepulchrum.
nfelix ô præda maris,vel piſcibus eſca.
unera ſponſa ſui fuluos diſperſa capillos
roſequitur ſponſi lacrymans, O ſponſe, tyrannus
ogit amor ſine te,vt nunquam iam viuere poſſim,
ur rapidis vitam,ventis,monſtriſque marinis
ommittis? tua non,mea ſed ſunt pignora amoris?
ur quoque ad infernas noſtrum ſic mittis amorem
edes! delitiaſque ſimul de pectore vanas
eponis? rapiat noſtros ſic ventus amorem?
as mæſto triſtes promebant ore querellas,
uas pueri,laſſique ſenes, plebſque ipſa ſequuntur.
ominus his montes reſpondent vocibus alti,
ommoti pietate,mei ſic fletibus albas
erfundunt,æquat numero quas luctus arenas.
os tamen incæptam ne forte relinquere mentem
oſſimus,magnum aut animis perferre dolorem,
d matres,ſponſas charas,charaſque ſorores,
d quoſcumque alios,oculos non tollimus vſquam.
nque ſalutatos decreui linquere amicos
t licet Vrbani proprius ſæpe vſus amoris,
ui manet,aut certa diſcedit mente, dolore
orquentur nimio.Iubeo ſic ſcanndere naues.
ttamen aſpectu,nimiaque ætate colendus,
anitieque ſenex quidam venerandus in oris
ethlemicis remanens,ingentique agmine plebis
ipatus,poſtquam in naues pia lumina torſit,

Terque

Terque mouens frontẽ, mæſtam vocem extulit alto
Pauliſper ſonitu,quem vis percepimus,iſtas
Suſpirans triſtes experto è corde querellas
Deprompſit lacrymas cohibens ſub pectore mæſto.
O amor Imperij regnandi,ò vana cupido!
O Magnæ torquens ardor præcordia famę!
O male fallacis fallacia gaudia mundi!
O rumor populi gratus, qui dicitur aura
Publica,quem populus veros appellat honores!
Quam diros agitas humano in corda furores!
Quæ tormenta,neces,clades,quot ſtragis aceruos,
Et quot bella,feri quot certa pericula ponti,
Ventorumque iras,tempeſtateſque ſonoras.
Sæua paras Luſis, aut quæ par littora ducis?
O animi peſtis, vitæque inſontis,origo
Horribilis Martis,tantorum & cauſa malorum
Imperia,& gazas,& Regna inſignia flammis
Conſumis,conſumpta tuo ſunt mænia motu,
Te dicũt populi Illuſtrem, dominamque ſupremam
Famam excellentem,plebs te vocat ardua nomen
Sublime imponens,cum ſis infamis, & altis
Digna vituperijs,ſtygijſque ferenda ſub vmbris.
Ad quæ conſtituis deferre pericula Regnum
Luſiadum? Mortes, feralia funera, nymbos,
Ventorum furias,lati diſcrimina mundi,
Multa paras populis alto ſub nomine Luſis?
Et quot promittis falsò regna inclyta,ſceptra,
Imperium,fului ingentes aurique fodinas?
Quam famam inſignẽ palmas magnoſque triũphos.
Aſt o progenies inſani certa parentis,

Peccatum

Peccatum cuius non ſolum te expulit aulis
Æthęreis, vaſti miſerum & dimiſit in orbis
Exilium, verum tranquilla pace quietis,
Et dono eximio ſpolians ætate nitentis
Auri, enſes, clypeos, ferrum tibi tradidit atrum.
Hac tu lætitia vana tua pectora tollis,
Sæuitiamque feram, vires, & robora dicis
Contemptum vitæ, quam non contemnere debes,
Nec Dominus quondã moriturus tempſit IESVS,
Quin potius mortem timuit, timuitque flagella,
Perpẽdis multũ, ad præclaraque ſydera tollis.
Non ſunt littoribus Lybiæ tua littora iuncta,
Cum quibus arma moues ſemper, certamine ſæuas
Deuincens acies, munitaque mænia terris
Æquans? Non ſequitur Mahometi dogma nefandi
Dirus Arabs? ſi tu ſummi pro lege Tonantis
Decertas, tellurem immenſam, ac oppida muris
Fortia, & inſignes munitis mænibus vrbes
Maurus habet? dirus ſi te trahit ardor habendi,
Si terras, vrbes, optas campoſque patentes,
Si cupis inſignes portare ex hoſte triũphos?
Martia bella parat, ſæuuſque horrentia Maurus.
En ſinis infelix Agarenam viuere prolem,
Oſtia quæ nimio ſemper tua robore pulſat,
Vt quæras alium diuerſis partibus orbis
Diſtantem, regnum vires vt perdat auitas,
In peiuſque ruens argenti pondera, & auri
Conſumat. Quæris charæ diſcrimina vitæ,
Vt Regem titulis exaltet fama potentem,
Te Dominumque vocẽt Guinenſes, Perſa, feroxque

Indus,Arabs,Afri,Synæ,falſique Iauenſes,
Æthyopumque genus,mundus tua nomina noſcat.
Infelix, precor,ille prior ſit,pinea texta
Qui Pelagi commiſit aquis,& carbaſa ventis
Plena dedit,dignus pœnis Acherontis acerbis.
Nunquam te Muſæ memorent,nec carmina nomen
Pulchra tuum celebrent,nunquã te fama per orbem
Ducat,ad infandum tendat tua gloria finem.
Heu genus Iapeti deduxit ab æthere flammas
Quas tamen humano ſub pectore condidit armis,
Et bello,furijs totum inflammauit & orbem.
Quam bene nobiſcum veſane Promethee factum
Sane eſſet,latis etiam quamque vtile terris,
Si tua ſublimis rapidis ſtatua alta careret
Flammis,horrendæ ſæuoque cupidinis igne,
Vitaret Phaeton currus,nec Dedalus artem
Quæreret & natus,fugerent qua vincula,nomen
Nec Pater Oceano,rapido nec filius amni
Icarus infirmis tentans ſublimia pennis,
Donarent. Sortem o miſeram,miſerabile fatum!
Diſcrimen nullum ferri,durique caloris,
Frigoris,aut ignis proles humana timebit?

LVSIA-

LVSIADVM

LIBER V.

ARGVMENTVM.

EXponitur hoc in libro quo tempore Luſitani à portu Vlyſſiponenſi ſoluerunt; quidque illis acciderit ad eum diem, quo Indiæ littora tetigere.

I.

TAlia dicta ſenex profert, noua carbaſa vẽtis
Pãdimus, & placida vecti cõtẽdimus aura,
Et de more polum ſoluentes vela ferimus
Vocibus, extemplo vetus deducere naues
Incæpit, duro ſpumas ſalis ære ruebant.
Tempus erat, quo Sol fulgenti luce Leonem
Feruidus intrabat, ſextaque ætate vigebat
Mundus, at infirmus curſu, rerumque labore,
Mille quater centum iam tunc compleuerat annos,

Et nonaginta ſeptem perfecerat orbes,
In quo verſatur curſu Sol aureus, alas
Cum claſſis placidis ſoluebat in æquore ventis.
Iam procul apparent paulatim & littora, montes,
Culmina, iam rupes oculus non cernit amænas,
Cynthia pulchra manet campis, & rupibus altis,
Linquitur auriferis Tagus amnis fluctibus, arua
Qui rigat in patria, laſſataque protinus vrbe
Corda manent, lacrymis mæſtis, fletuque referta.
Et poſtquam tellus noſtris euanuit alma
Luminibus tandẽ, maria vndiq; & vndiq; cœlũ:
Cæruleas tumidi ſic findimus æquoris vndas,
Gentibus ignotas mundi conſpeximus oras,
Littoraque, ac terras, quas illuſtriſſimus alto
Henricus regno adiunxit, monteſque ſuperbos,
Et Lybiæ rupes, quas gens Mauruſia tractu
Colligit ipſa ſuo, facundam quam impius olim
Antheus incoluit terram, campoſque patentes,
Atque hanc læua tenet, teneat quam dextera nautis
Eſt ſatis incertum, quamquam ſuſpecta feratur.
Inſula materiæ apparet cum rupibus altis
Cui nomen poſuere ſolo dumeta feraci
Conſita, quæ nitido penetrat vix lumine Phæbus:
Primo inuenta fuit, ſed non eſt vltima earum,
Quas tu pulchra Venus decoras, ac incolis, imo
Si tua magna Paphos, Gnidos, Cyprus, atq; Cythera
Mente tibi caderent, caderentque virentia prata.
Hæc animo ſtabili ſemper tibi fixa maneret.
Maſsylûm ſteriles, triſteſque relinquimus oras,
Queis pecora horribiles Aſeneges littore paſcunt,
Barbara gens lymphas quę nũquam guſtat amænas,

Nec ſterilis campi ſylueſtris ſufficit herba.
nquimus & campos nullis iam fructibus aptos,
uthio queis ferrum flammanti conquoquit aluo,
thiopum fines hæc barbara ſeparat ora.
nquimus & Zonam Cancri,quæ eſt vltima ſolis
d Boream curſus,ad quam præclarus Apollo
ruenit,& radijs illuſtrat fulgidus,vltra
niuomos non ducit equos,nimioque labore
ertit iter feſſus,gelidumque reuertit ad Auſtrum.
biacet huic populus,ſupera quem lapſus ab arce
Ignorans curſum ſolis,nec lora gubernans
ximia Phaeton ſpoliaſſe albedine quondam
icitur,& nigro vultus tinxiſſe colore.
anc etiam obſcuris Sanagazius irrigat vndis
ellurem,& campos habitat quos horrida,nuda,
uſticaque Æthiopum proles,& nomina perdit
ota,caput viride hoc dicunt cognomine noſtri.
oſt fortunatas felicia linquimus arua;
idimus Heſperidas claro de nomine dictas
eſperij patris;Immenſi hic miracula mundi,
Mõſtraq; naturæ iã quondã horrenda ſuperba
uſyadum videre rates,hominesque feroces.
imimus hîc dulcem portum felicibus auſtris,
t terræ dapibus gratis,ac fructibus,vndis,
tque alijs laſſi recreaſſent corpora Luſi.
nſula amæna fuit nobis,cui nomina ſanctus
elliger impoſuit,ſæuis qui funera Mauris
tra dedit,recolitque Hiſpania læta,Iacobus,
inc Poſtquam cæpit Boreas afflare ſecundis
latibus,Oceani tumidos proſcindere fluctus

Incipimus,poſt terga manet gratiſſima nobis
Hoſpitium,quæ terra dedit,portumque quietum,
Hinc Lybiæ longas claſſis dum circuit oras,
Linquitur obſcuri prouincia lata Gelophi,
Diuidit hæc varios gentem Phaetontis in agros,
Linquitur ingenti Mandingaque cognita,tractu
Illuſtris,diues,fulgenti clara metallo,
Quam fluuius Gambeia ſuis interluit vndis,
Oceanus liquidas quas largus Athlanticus haurit,
Orcadas immenſo turbatas vndique fluctu
Quas coluiſſe ferunt,tres vna è matre ſorores
Gorgones,euadunt proprio quæ lumine caſſæ
Tres oculo ſolo cernebant cuncta ſorores,
Dira Meduſa tuis,tu ſolum crinibus igne
Neptunum inflammas;tu fœdo peſſima vultu
Anguibus horrificis ardentia littora comples.
Claſſis tranquilla iam præterlabitur aura,
Denique & occultũ ſemper properamus ad Auſtrũ
Linquentes diræ rupis iuga celſa Leænæ,
Et caput inſigni palmarum nomine clarum,
Et fluuium Zairem,qui littora cognita mordet,
Inſulaque illuſtris,decorant quam nomina Thomæ,
Qui digito tetigit ſublimia vulnera Chriſti,
Linquitur.Et tumidi per ſtagna ingentia Ponti
Carpit itèr Claſſis,pelago & ſe fidit iniquo.
Hic iacet imperium largum Congenſe,ſupremam
Quod legem accepit Chriſti,atque lauamine corpus
Abluit excelſo remouens á corde paternum
Crimen,Pontifici ſubdens colla ardua ſummo.
Tellurem Zaires multis rigat imbribus implens

Tempore brumali campos, & littora dulces
Per longũ ſpacium voluens ad marmora lymphas,
Hunc antiqua ætas nunquam cognouerat amnem.
Atque ita noſtra viam claſſis ſecat æquoris Arctos,
Calliſtique polum linquens, mediumque rotundi
Orbis, quod ſemper lucem cum noctibus æquat.
Ecce autẽ ante oculos auſtrali ex parte relucet
Stella ignota viris, longoſque incerta per annos.
Vidimus & cœlum non multo ſidere clarum,
Et partem cœli ſtellarum lumine caſſam.
En polus apparet, ſub quo ſi terra remotis
Incipiat campis, vel ſi maria alta carinæ
Sulcent intrepidæ, nondum eſt hoc tempore notum.
Per ſpatia horrendis noua ventis ardua claſſis
Tráſgreditur, terraſque nouas, quas lumine Phœbus
Bis luſtrat currens, brumalia tempora ducens
Bina, & vere nouo decorans bis fructibus agros,
Pulcher vtrumque polũ radijs dum luſtrat Apolo,
Per furias venti, quas excitat Æolus, imbres,
Per maris horrendi fluctus, ſoliſque calores,
Iunone inuita perfundi vidimus vrſas
Neptuni Lymphis, tumidoq; in marmore mergi.
Quamquã tercentum linguæ, vox ferrea, nunquã
Connumerare queam metuenda pericula Ponti,
Et ſubitos Nimbos, furioſaque fulmina flammis
Aera quæ liquidum accendunt, imbreſque feroces,
Et noctes tenebris, dira & caligine tectas,
Quæque orbem trepidum fugiẽda tonitrua findunt.
Vidi etiam caſus, & ſigna horrentia Ponti,
Nauita quæ narrat veluti veriſſima, falſis

Captus imaginibus,quæ qui ſpeculatur acuta
Naturas acie rerum,ſecretaque mundi
Ingenio præſtans,falſiſſima iudicat eſſe.
Vidi ego (nec fallor) fulgentia lumina, Nautæ
Sancta vocant pauidi, quo tempore turbidus Auſtro
Æolus immittit ventos,tollitque procellas,
Et magnos triſti renouant in pectore luctus.
Vidi etiam caſum horrendum(mirabile dictu)
E ſupero nigras cœlo deſcendere nubes,
Oceanique vndas largo ſorbere canali.
Vidi ego(nō oculos fallūt hæc viſa)ſupremū
Tollere ſe tenuem,ſubtilemque aere fumum,
Et rapido tractum vento deſcendere,creſcit,
Poſt & paulatim ſeſe dilatat, & alti
Hinc ſpeciem accipiens mali,tunc corpore ſuggit
Largam vndam aſcendit tum ſupra nubila craſſa,
Atq; onere acceptæ grauior,fitque horrida lymphæ.
Non ſecus,ac quando cum perfida mordet hirudo
Membra bouis timidi,qui dum potauit amæni
Fontis aquas liquidas,imprudens ore recepit:
Et magis,atque magis ſuggēs metuēda cruorē
In molem magnam creſcit:ſic larga columna
Seque,& nigrantem nubem, quam ſuſtinet,implet:
Sed poſtquam ſatiatur aquis, ſpiſſumque recepit
Craſſa pedem,tandem per inania nigra volauit,
Atque pluens dimittit aquas,quas iungit amaris
Fluctibus Oceani,ſalis ad ſapor ille per auras
Tollitur.Hæc medici videant miracula docti
Naturæ & vires,& quanta potentia matris.
Antiqui Heroes,qui olim confinia mundi

Vltima luſtrarũt, Dominæ vt ſecreta potentis
Naturæ attento noſſent miracula ſenſu.
Si quæ conſpexi, ſi quæ mihi nota fuerunt
Conſpicerent, & nota forent, quæ docta manerent
Scripta viris? varijs & concurrentia ſignis
Signa? pares curſus? tollatque vt pendula claræ
Splendorem lunæ terra interiecta? quieſcit
Nautarumque vt acus varijs in partibus orbis?
Inſtrumenta quibus capitur diſtantia, certo
A medio mundi? diuerſos æquore ventos
Æolus vt mittat? veriſſima cuncta ſine vlla
Fraude reliquiſſent venturis ſcripta magiſtris.
Sed iam Luna ſuas per primum fulgida cœlum
Duxerat ornatas fraterna luce quadrigas,
Impleratque ſuum iam quinis curſibus orbem,
Nunc vultum medium, nunc totum lumine plenum
Oſtendens; poſtquam claſſis dat carbaſa ventis.
Ecce autem expertus malo ſuſpenſus ab alto
Nauita conſpiciens: Terram, terram (inquit) aperto
Lumine conſpicio; defeſſi corpora magnam
Lætitiã accipimus, tũc lumina vertimus õnes
Ad terram, voluunt proras ad littora naues.
Non ſecus, ác nubes celſi ſe oſtendere montes
Incipiunt, celeres dimittunt carbaſa Nautæ,
Anchora de prora iacitur, ſtant littore Puppes.
Vt nobis lati quæ pars ſit cognita mundi,
Quam claſſis laſſata tenet, ſubtilia monſtrant
(Iudicium ſapiens) tunc inſtrumenta maneret
Tunc vbi quiſque polus, quãtumque ea littora diſtẽt.
Continuo Luſi deſcendunt nauibus, oram

Lyntribus attingunt, læti potiuntur arena,
Et campis, tetigit nunquam quos altera proles.
Aſt ego, quem certa Naucleri hac arte ſequuntur
Portus arenoſus gelido quam diſtet ab Auſtro,
Phæbeum curſum certis contemplor in horis,
Metior & varijs diſtinctam legibus omnem
Picturam mundi, latamque in littore chartam.
Comperimus claſſem tranſacto limite piſcis
Semicapri, partem mundi tenuiſſe iacentem
Inter eum, gelidã Auſtralem, partemque remotam.
Ecce autem aſpicio comitẽ ſtipante caterua,
Et ſecum obſcura nigredine ducere tinctum,
Quem dum montani recipit bellaria mellis
Rupibus in ſummis, inuitum robore captat.
Aſpectu trahitur diro turbatus, vt ille
Qui nunquam proprio vidiſſet talia portu,
Nec monſtrum noſtri, nec nos intelligit ille,
Haud lingua ſæuo Poliphemo, & viribus impar
Incipio a Colchis opulentam oſtendere pellem,
Atque aurum rutilans, argenti & fruſtula clari,
Et quæ ſublimem diffundunt balſama odorẽ,
Et caſiam, atque Piper, nil pectora bruta mouentur.
Oſtendo minimi pretij dona infima, nolas
Quæ reſonant ſonitu grato puerilibus annis,
Chriſtallique globos ſplendentis, & ærea ſigna,
Pilea purpureo leuiter fucata colore,
Nutibus, & ſignis oſtendit gaudia, vinclis
Soluitur, & celeri petit oppida parua volatu.
Aſt ſocij nudi, nigra & caligine tecti
Per rupes denſas, perque aſpera compita montis

Deueniunt,noſtros & viſunt luce ſequenti,
Et dona inquirunt,ſocius quæ duxerat alter,
Sic noſtram accipiunt mentem,ſic pacis amicum
Oſtendunt ſignum vultu; Velloſus vt audax
Ire velit comitem,ac Magalia parua videre.
Velloſus fidens animo,cordique ſuperbo
Continuat ſecurus iter,ſed tempore longo,
Cum procul aſpicerem,cura Iuuenemque ſagaci
Proſequerer, ſinumque bonum, felixque notarem,
En ſubito apparet deſcendens culmina montis
Maiori curſu,quam quando aſcenderat,alas
Addebat pedibus timor anxius,ille volabat,
Et claſſem quærit,fugienſque ad littora pergit.
Cælius vt caperet Iuuenem volat æquore,cymba
Rumpit aquas celeri,robuſto,& remige ſalſum
Proſcindit portum,verum prius improbus,audax,
Perfidus Æthiopum quidam,ne vitet apertum
Diſcrimen, neu præda manus declinet,inermem
Inuadit Iuuenem,eructant hinc inde calore
Combuſti Æthiopes,Velloſi pectora cura
Sollicitat,nec cernit opem,comitūque fauorē.
Ecce ego continuo certo diſcrimine vitæ
Velloſum eripiens,dum duro remige lintrem
Impello,Æthiopum apparent abſque ordine nigra
Agmina,quæ Turdos numero ſuperare videntur.
Spiſſa ex nube pluunt lapides,ſæuæque ſagittæ
Viribus immenſis miſſæ,nec vana fuerunt,
Nec rapidis commiſſa notis haſtilia; vulnus
Namque inde accepi,quo tibia claudicat ictu.
Verum ita robuſto rumpentes pectore Luſi

Martia bella gerũt,tantũ funduntque cruorẽ,
Purpureum Æthiopum ferat ad magalia quiſque
Frontibus aufugiens loca per male culta colorem.
Velloſo incolumi,tunc perfida pectora cernens,
Ingenium fallax,durum,fraudemque malignam
Æthiopum,Luſos naues aſcendere cogo.
Hic nullum melius ſignum deſūpſimus oræ
Indiacæ,quam quod multum diſtemus ab illa,
Atque ita diſſolui furioſis carbaſa ventis
Vela dabam,naues ſulcant dum marmora curſu
Velloſum aggreditur quidam,dũ cætera riſum
Turba capit,factum narrat fugientis ad oram
Velloſi. Heus melius collis deſcenditur ille,
Aſcenſum,quam dum tribuit ſubeuntibus,illi
Reſpondet ſubito Velloſus Martius heros,
Sic habet,at quando Æthiopum tot millia vidi
Ad littus celeri curſu properare,reuerto
Feſtinans paulum, ſine me ne turba maneres.
Tunc narrat,ſimul ac præcelſi culmina montis
Præterijt curſum Æthiopes ne carperet vltra
Prohibuiſſe ferox,& funera dira minatos;
Cumque retro fugeret, ſeſe nigra agmina ſyluis
Abſcondiſſe,vt nos Iuuenem captare volentes
Mittere Tartareas poſſent Acherontis ad vndas,
Et magnam raperent prædam,ſpolijſque niterẽt.
Sed iam quinque rates ſulcabant ſalſa diebus
Æquora,tranquillos nigro mittebat ab antro
Æolus ad Claſſem ventos,auramque quietam
Cum nocte excubias agerent de more ſodales,
Apparet nitidum conturbans aera nubes,

Horrida

Horrida,dira,ferox,capiti ſupereminet alto.
Sic grauis,& magno ſic formidanda furore
Apparet. Nimio torpent ſtupefacta timore
Membra,coit gelidus dira formidine ſanguis.
Feruet arena freti,gemituſque ad ſydera pontus
Tollit,& ingenti fremitu quatit vnda recurrens
Inſanas rupes;imo ſuſpiria corde
Educens, lacrymanſque preces ad ſydera fundo.
O Deus Omnipotens,rerum cui ſumma poteſtas,
Quæ mihi nunc ſpecies improuida pectora turbat
Quę precor,hic pōtus varia hęc miracula mōſtrāt
Maius opus ſurgit,quam ſit furioſa procella.
Nondum finieram,cum ſe manifeſtat imago
Horrida,deformis,robuſta,ac maxima vaſto
Corpore,depreſſus vultus,metuendus,& atrox,
Squalida barba iacet,ſuffoſſaque lumina,geſtus
Sordidus,horrendúſque,incomptus,& arduus,aſper,
Terreneuſque color,criſpatis crinibus atro
Puluere completis fædataque ora,feroces,
Immanes,putridi,dentes ſqualore rigebant.
Affirmo horribilis tā grandia mēbra Gigātis
Eſſe,vt pręgrandi valuiſſet mole Coloſſum
Vincere,qui ſeptem ſociat miracula mundi,
Horribili, & tremula ſtupidos nos voce profatur,
Quam pelago immenſo,tumidoque ex æquore miſit.
Horreſcunt animi tunc omnibus,oſſa tremiſcunt.
Vox quoque, & aſpectus quatiunt formidine pectus,
Hirſutique manent tremefacta fronte capilli.
Incipit.O Proles audacior omnibus,orbe
Martia quæ toto geſſerunt facta,quiete

Tu nunquã frueris,per magna pericula mundi,
Per fera bella,maris per tot diſcrimina,fines
Tranſgrediens vetitos,audes & ſcindere ſæuos
Oceani noſtri fluctus,quos certus ab alto
Principio annorum , & poſt tempora plurima ſeruo,
Quæ nunquam proprio,aut externo victor arauit
Ligno,aliquis noſtram potuit vel vincere metam;
Naturæ ſiquidem tentas ſecreta videre,
Oceanique mei furias,quem noſcere cuiquam
Non licuit Regi fama ſuper æthera noto.
Accipe damna tibi quæ poſt ego dira parabo
Immenſo in pelago,& quæ toto in limite terræ
Percipies,cuius collo tu fræna ligabis,
Quamque reges, victrix multis decorata triumphis.
Noſce etiam naues,Indi quæ littora quærent
Tractum hunc infeſtum rigidis,ſæuumque procellis
Inuenient,ventos etiam,nimboſque tremendos,
Quin etiam noſtri quæ ponti inſederit vndas
Claſſis prima,mihi ſubito dabit illa tributum,
Maius erit damnum,quam ſit (mihi crede) periclũ.
Hìc,hìc,ille luet diras cum funere pœnas,
Qui primus veſtrum vidit mea littora, finem
Nec damni accepti veſtra hæc audacia ponet.
Nam Luſæ ſemper fractæ diſcrimina naues
Dira ferent (mea niſi mens me fallit) & oram
Quæ noſtram appellet,tantis erit obruta damnis,
Vt nullum horrifico certè minus eſſe putetur
Funere. Et illuſtrem primum quem tangere celſum
Fama ſuperba polum faciet,tumulabit arena,
Iudicio poſcente Dei,littuſque ſepulchrum

Huic

Huic fatale dabit noſtrũ, fauſtumq; trophæũ
Armaque, quæ Turca victor de claſſe reportat,
Littoribus moriens noſtris ſpolia ampla relinquet,
Quæ deſtructa illi Mombaça, & Quiloa tradunt.
Finibus Auroræ veniet famoſus & alter
Saucius ille tuis Venus o quandoque ſagittis,
Et multas qui fudit opes, quique horrida Martis
Geſſit facta, ſuam conſortem, & pignora ducens,
Conſortem pulchram, ac inſignem ſanguine, triſte
Infelix, dirum, miſerum, ac ignobile fatum
Hos vocat, ac āceps noſtro fortuna relinquet
Littore crudeli poſt tot diſcrimina viuos,
Vt miſeri tolerent pænas, multoſque labores,
Sæua fames natos chariſſima pignora triſti
Morte premet, dirique Cafres pulcherrima charæ
Conſortis miſeræ, nudataque membra videbunt
Frigore, nunc ventis, nimio nunc preſſa calore,
Ardentem Lybiæ poſtquam luſtrarit arenam,
Littore ſylueſtri miſerandum ponere corpus
Aſpiciet, cum ſaxa ſuis violabat vterque
Fletibus, inſignem ſoluet de corpore mentẽ.
Vlterius monſtrum diro ſermone ruinas,
Fataque Luſorum referebat triſtia; quando
Puppi ego præcelſa magno clamore Gigantem
Alloquor. O mõſtrum quem te memorabimus? Oro
Quis ſis? quod corpus? quæue hæc immania mẽbra?
Vnde gigas natus? vel quo te Littore condis?
Exponas. Tunc ille oculos, ac ora retorquens,
Et ſuperas feriens ſummis clamoris arces
Reſpondens mihi voce graui, nimiumque feroci.

(Vt

(Vt cui non quæſita placent)ſic ore profatur.
Sum Lybiæ caput ocultum,quod noſcere doctus
Plinius,& Strabo,Ptolomæus & inclitus olim
Non putuere,vocant nunc tormentoria veſtri
Littora,& hac noſtra felix abſoluitur ora
Africa,quæ gelidum tantum ſe extẽdit ad Auſtrum.
Aſpera me genuit tellus,genuitque ſodales
Enceladum immanem , ac immani pectore vaſtum
Centimanum,vocor ipſe Adamaſtor,prælia geſſi
Dira Ioui ſummo,qui vibrat ab æthere ſæua
Fulmina Vulcani,radios ac igne coruſcos.
Non ego conſtitui ſupponere Pelion Oſſæ:
Nauibus at ſcindens horrendas æquoris vndas
Ducebam Claſſem Neptuni caſtra requirens.
Coniugis at Pelei correptus amoribus iſtud:
Propoſitum accepi,nec curam à pectore volui.
Contempſique Deos cæleſtes,principe aquarum
Vt fruerer,quadamque die non conſcius illam
Nereidis Nymphis ſociatam in littore nudam
Conſpexi,tunc ſæuus amor mea pectora vicit,
Dulcibus atque ſuis vinxit diuicta catenis.
Cumque Giganteus,vaſtoque in corpore geſtus
Efficeret, velox caperem ne gaudia,mecum
Conſtitui pulchram furioſo Marte puellam
Surripere,ac primum ſic conſulo Dorida cautus.
Tunc Dea formoſæ Thetidi mentem indicat,illa
Subridens,Nymphæ vultus oſtendit honeſtos,
Ac tandem dixit:Nam quæ tolerabit amorem
Horrendi,ac vaſti pulcherrima Nympha Gigantis?
Attamen Oceanus ne tanto Marte prematur,

Inquiram

Inquirã mediũ, vt damnũ excuſetur,honorq;
Seruetur noſter,reſponſaque talia Doris
Reddit. Ego infelix occultam agnoſcere fraudem
Non potui; nam cæcus amor nos cæcat amantes,
Noſtra cupidineis ſic complet pectora votis.
Omitto bellum,deponoque arma furentis
Martis,& infauſta,mihi quam promiſerat hora
Doris,falſa Thetis nudatis veſtibus,album
E procul oſtendit geſtum mihi,brachia demens
Extendi,celeri properoque ad littora curſu,
Amplexu inuito fugientem,,at fallit amantẽ.
Hoc animus meminiſſe horret,nam brachia noſtra
Cõplecti Thetidẽ credenti incõdita rupes
Conſita dumetis,& agreſtibus aſpera ſyluis
Obijcitur,fronti frons atque opponitur,ora
Oribus,atque genis facies decepta cohæret.
(Res infauſta mihi)non vir,verum altera manſi
Rupes aſpectu,ſcopuloque adiungitur alter
Immanis ſcopulus,ſupero cœloque minantur.
O Nympha Oceani formoſior omnibus! iſta
Non tibi vaſta placet ſiquidem præſentia,tãti
Fraude frui ſteterat,conatum & fallere noſtrum,
Aut nihil,aut ſomnus,nubes,rupeſque fuiſſet?
Tunc abeo Inſanus,furiis agitabar iniquis,
Dedecus hinc carpit,dolor hinc mea viſcera rodit,
Conſtituo mundi diuerſam quærere partem,
Qua ſcelus ignotum,noſtrumque illudere caſum
Non aliquis poſſet planctumque videret inultum.
Iuppiter indigna fratres iam vicerat ira
Commotus,ſtygias aliquos Acherontis ad vmbras

Miſerat, & contra cũ robora multa refulgen
Nil valeant cœlum, lacrymis mea damna luebam.
Incæpi noſtri tela infelicia fati
Sentire, audaci quoque præmia debita menti.
Dura caro in duram cæpit ſe vertere terram,
Aſt oſſa in ſcopulos, membra hæc ac vaſta figura
Per longas huius protenditur æquoris vndas,
Sæua meam immanem conuertunt numina molem
In caput, vtque meum pectus dolor opprimat vrgẽs
Non ſinit atra Thetis validis circundare lymphis
Corpus. Sic narrat lacrymãs, fletũq; tremendũ
Excitat infelix, oculoſque euanuit ante:
Denique & in nihilum nubes conuerſa, ſonorum
Oceanus fremitum dedit, ac metuentia ſigna.
Tunc ego cum lacrymis duplices ad ſydera palmas
Extendens, precibus cæleſtia Numina multis
Exoro, vt procul amoueat fata impia, dirum
Quæ monſtrum retulit, clades, caſuſque futuros.
Iam Phegon, & Pyrois, claruſque Eous, & Æthon
Naſcentis currum radiantem ducere ſolis
Incipiunt, quando tellus apparuit alta,
In quam membra feri conuerſa fuere gigantis.
Legimus has oras, & proram claſſis ad Eurum
Ducit, & ad portus iterum peruenimus, illis
Felix Blaſe tuum remanet per ſæcula nomen.
Et licet Æthyopes habitent hæc littora nobis
Charius hoſpitium tribuunt, nam gaudia læti
Exercent, noſque inuiſunt, certaque mouentes
Arte pedes ducunt faciles de more choreas,
Vxoresque ferunt ſecum, puerosque, ſeneſque,

Lanigerũq; pecus,quod amęno littore paſcũt,
Incedunt illæ placida nigredine pictæ
Supra terga boum,pecori quos barbara cuncto
Præponit gens illa, boui dans numina cœli,
Materna cantant paſtorum carmina lingua,
Sylueſtrem & tenuis cantum meditatur auena
Virgilij dulces vatiſque ſecuta camænas.
Hi placidi aſpectu nobis humana rependunt
Hoſpitia, & vendunt auium genus omne, pecuſque,
Gallinaſque,boues,fructus, quos arida profert
Terra,ſalutiferã capimuſq; è fontibus vndam.
Sed nullum Indiacæ cum terræ ſigna ſodales
Accipiant,celſis extollitur anchora proris,
Velaque dans claſſis ſpumas ſalis ære ruebat.
Iam Lybiæ ferme calidas circundabat oras,
Atque æquatorem ſecuris prora petebat
Curſibus,ac iterum poſt tergum liquimus Auſtrum,
Liquimus & portum, quem noſtra inuenerat annis
Præteritis claſſis, cum tormentoria ventis
Quæritur ora,ſuam poſuit ſic littore metam.
Fecimus inde viam,multis noua vela diebus
Pandimus,ac placidi nunc dant ſpiramina venti,
Nunc notus aduerſus, nimbi,triſteſque procellæ.
Aſt ego ſolicitus nunc huc, nunc prouehor illuc
Immenſo pelago ſpe ſolum fultus inani,
Neptunum in varios tumidus qui ſæpe colores
Vertitur,audaces ſæuo deuincere Marte
Nitimur,ac tandem currentes vincimus vndas
Aduerſas,curſu curſum ſuperamus aquarum.
Maiori Oceanus pugnabat robore,naues

Namq; retro curſu pellebat, fortis & Auſter
Incaſsum furias mittebat,& Æolus Euros
Spirabat contra magna virtute repugnans.
At Notus ingenti nixus conamine curſum
Oceani vincit. Tum demum pergimus vltra.
Venerat ille dies,qua nos celebrare ſolemus
Aduentum Regum,regem qui à finibus olim
Auroræ,Solymæ quęrebant mænibus ortum,
Stella Magos ducens vehit ad præſepia Chriſti
Bethlemicis latebris, fragilique latentia muro.
Hac iactata die ſpacioſum intrauerat amnem
Claſſis, & hic placidam tribuit cum pace quietem,
Accepitque trium felicia nomina Regum,
Amnis aquas tribuit,tribuitque obſonia tellus,
Non tamen optati ſignum vllum inuenimus Indi,
Barbara gens quaſi muta foret, ſic ſe explicat. Oro
Rex videas claſſis quantũ maris æquor arauit?
Quam latum terræ ſpatium circundedit? vllum
Quin Orientalis ſignum acceperimus oræ,
Corruptis dapibus,corruptoque aere,damna
Percipimus noſtris haud quaquã viribus æqua,
Nullaque,quæ triſtes lenirent gaudia mentes,
Quæ nobis ſpes vana daret. Rex inclite,credes
Si non iſta foret Luſi de ſanguine proles,
Rectori fortaſſe fidem, Regique referrent?
Credis quod Luſos diuerſa per æquora vectos,
Oppreſſoſque fame, ventis,ac imbribus oras
Diuerſas terræ radentes,littora vaſta
Æthiopum,ac incerti defidentia portus,
Et furor,ira,metus non fortia corda moueret,

Quod

Quod tumidos poſsēt animis extollere fluctus,
Crudelique ducem tandem committere morti,
Officiumque mari toto exercere pyratæ?
Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Inſpicienda fides dubio ſic tempore,Luſi
Difficiles rapidi furias,diſcrimina ponti
Sæua probant,veteriſque premit fiducia famæ.
Linquimus eximij iam dulces fluminis vndas,
Incipiuntque rates mare ſalſum findere,ad altum
Progredimur placidis tunc aſpirantibus auris,
Poſtea namque Notus,ſi flaſſet frigidus,vndæ
Aduerſæ noſtram traherent ad littora claſſem.
Ora ſinum Lybiæ grandem, ingentemque receſſum
Circuit arenti locuples,qua ex parte Sofalla
Auri fulgentis ditiſſima pondera mittit,
Hæc niſi noſtra Deus mitiſſimus auferat omen
Forte retrocedens tetigiſſet littora Claſſis.
Proh dolor,inſtabant diſcrimina magna carinis.
Poſtquam felicem feſſi translabimur oram,
Vertimus hinc clauum,tibi quem Nicolae dicarūt
Nautæ,illā petimus partē,quā feruidus vndis
Concutit Oceanus,fremituſque extollit iniquos.
Quando cor viuens inter ſpes,atque timores
Flumen abundanti deſperatum inuenit vnda,
Cominus apparent valles,& littora,lintres,
Ad mare deſcendunt quidam, quidamque ſubintrāt
Flumen,& æquoreis diſſoluunt carbaſa ventis,
Lætitiam nobis peperit,quod ſcindere Lymphas
Vidimus Oceani gentem,quæ nauigat artis
Haud ignara,putant Luſi iam ſigna patere

Auroræ,optatum iam iamq; accedere ad Indũ.
Et licet Æthiopes,aliquid cognouimus, illi
Namque Arabũ proprio voces ſermone profundũt,
Qui mercaturæ ſpecie ſua littora tangunt,
Goſſipio pannum texunt,quo tempora cingunt,
Cætera membra tegunt alio, ſunt tincta colore
Cæruleo,nos conueniunt,Martinius illos
Alloquitur verbis Arabum, quæ nouerat:annis
Omnibus affirmant æquali mole carinas,
Et ſimiles noſtris illos appellere portus,
Et maris Oceani tumidos proſcindere fluctus.
Soluere ab auroræ,nitidi vel ſolis ab ortu,
Et ſulcare rates Auſtralia marmora,deinde
Ad terram Indiacam regredi,qua cernitur alba
Gens ſimilis nobis,plenas referuntque carinas,
Lætitiam pariunt tum gens,tum nuntia,nomen
Felicis ſtatui telluri imponere ſigni,
Et lapidem,ſacro Raphaeli erectus in acta
Exprimit hic ſphæram,noſtrique inſignia Regni.
Hoc laſſas placido naues mundauimus amne,
Nam curſũ tardant nauis conchilia, limi,
Oſtrea,& infeſti cancri, quos gignit acerbi
Lympha maris,nos hoſpitio venerantur amico
Æthiopes hilares,atque omni à fraude remoti;
Non multo vendunt pretio cerealia nobis
Munera,Gallinas,porcos,volucreſque canoras.
Sed metuenda tamen,quæ ſemper triſtia lætis
Sors miſcere ſolet,voluit Ramnuſia noſtram
Felicem penſare atra formidine ſortem.
Sic Deus Omnipotens,nutu qui ſydera torquet,

Noſtraque

Noſtraq; conditio admittit,quã à vẽtre parẽtis
Traxit homo,ſtabilem mala quod ſibi ponere ſedẽ,
Vt bona naturam ſoleant mutare benignam.
Inuaſit miſeros morbus crudelior vllis,
Quos vnquam vidi,multos,& funere acerbo
Abſtulit atra dies,alieno & littore in æuum
Oſſa ſepulta iacent.Poſſit quis credere fletus,
Infandas mortes,ſuſpiria mæſta,dolores?
Opprimit en morbus dentes,tumidæque putreſcunt
Gingiuæ,& putridæ creſcunt extra ora,nefandam,
Horrendãque aurã,quæq; inficit aera, mittunt.
Et medici,& ſæua deerant tunc arte magiſtri,
Nititur & quicunque putrem ſic ſcindere carnem,
Ac ſi dira feri torquerent vulnera Martis.
Denique in hoc ſocios ſylueſtri rure ſepultos
Liquimus immenſo pelago,ſæuiſque ſodales
Fluctibus Oceani.Facilis iactura ſepulchri,
Quilibet en collis,quæuis maris vnda,vel ora
Præbebunt Vrnam triſtem,nam pallida pulſat
Mors ęquis pedibus ſummorum ampliſſima Regũ,
Atria,magnificaſq;domos,humileſq;tabernas.
Soluimus é portu,ſpes,& fortuna dolore
Corda premunt,facimuſq; viã, quoque radimus orã
Ardentis Lybię,ſignumque inquirimus Indi
Auriferi,quod nos firmet magis: Ecce ferocis
Ora Moçambique apparet,iam ferrea ſumma
Anchora de prora iacitur,ſtant Littore puppes.
Nec refero fraudes Maurorum,& callida dirę
Pectora Mombaçę,nam cum totum ardua mundum
Fama volet,iam forte tuas peruenit ad aures.

Hic tandem cœlum fatis nos detulit, iras
Æquoreas fugimus, portum tua littora tutum
Præbent, & tua mens dulcis, tua pectora pace
Tranquilla ſtabilita dabunt, viuiſque ſalutem,
Defunctis vitam, noſtris Rex inclyte Luſis
Hoſpitium, requiem tribuiſti, littora, portum.
Ecce tibi attentaſi me es Rex aure ſecutus,
Ordine narraui longo quæcunque volebas.
Tecum igitur ſtatuas, quæ gens tot marmora, ventos,
Tot maria auderet tranſire, ac robore tanto
Vincere tot fluctus, tempeſtateſque feroces,
Sicut ego, ſocijque mei gens Luſa relictis
Littoribus patriæ tolerans noua littora quærit.
An pius Æneas potuit, vel ſæuus Vlyſſes
Vincere tot Syrtes, aut tot diſcrimina Ponti?
Dux fuit antiquus, quem ad fulgida Sydera tollunt
Carmina, qui partem octauam conſpexerit audax
Tantorum, quæ vidi ego, vel viſurus, iniquos
Dum pelagi ſulco fluctus, vel littora luſtro
Ardentis Lybiæ, & ſiccas immotus arenas?
Qui bibit Aonias reliquis effuſius vndas,
Quem ſibi depoſcũt Smyrna, & Colophonia, poſcũt
Et Salamin, Ios, atque Rhodos ſublimis, Athenæ.
Ille alius decorat qui prata virentia magnæ
Auſoniæ, cuius voces dum Mincius audit,
Somnum carpit ouans, at Tibris ad aſtra ſuperbus
Tollit, & auriferis cœlo caput ingerit vndis,
Heroes cantent, ſcribant, & carmine laudent,
Extollant, fingantque Magas circeſque feroces,
Syrenes placido mulcentes pectora ſomno,

Et fingant Cycones, qui velo, & remige naues
Impellant, terras etiam, queis mente ſodales,
Priuantur, poſtquam deguſtant dulcia frondis
Pignora, & æquoreas Palinurum errare per vndas
Fingant, & ventos inflato ex vtre ſolutos,
Cantent ardenti raptas & amore Calypſos,
Harpyis turpi fædantes omnia tactu,
Deſcenſum ſtygij ſæuas Acherontis ad vndas,
Nam licet ingenium, claramque ad carmina mentē
Exacuant, largam & præſtet noua fabula ſyluam,
Quæ tibi nūc refero veteres ſine crimine muſas
Deuincunt, neque enim fallaci pectore narro.
Rex, ſocijque ſimul pendent ex ore loquentis,
Attoniti dum verba facit, dumque ordine longo
Facundus memorat Luſorum inſignia Martis
Facta, ac horrendi metuenda pericula ponti.
Rex illum admirans ſublimia pectora laudat,
Laudat & antiquæ fortiſſima robora gentis,
Extollitque fidem, geniumque, ac nobile pectus;
Et ſtupidus caſum populus, quem quiſque notauit,
Narrat, & à Luſis nemo ſua lumina tollit.
Delius at Iuuenis iam lora ardentia voluit,
Quæ male Lampetiæ frater deducerat olim,
Vt Thetis æquoreis defeſſum colligat vndis.
Rex tamen interea regales tendit ad aulas.
Quàm dulcis laus ſemper erit, quàm gloria dulcis
Cum quiſque agnouit ſua facta aſcendere ad ædem
Æthere am, è terra cernit vel geſta volare
Sydera ad alta viri, famamque extollere, virtus
Æmula tunc pectus maiora ad facta fatigat?

Sæpe leuãt animos exempla inſignia,& audet
Exemplo motus muros aſcendere miles,
Nec timet infauſtam Mortem,nec prælia Martis,
Inflammatque rates medijs in fluctibus igne.
Magnus Alexander,non tantum exaltat Achillis]
Fortia facta,ſuas quantum qui carmine laudes
Extulit,& magnam duxit ſuper æthera famam.
Melciadis quondam famoſa trophæa mouebant,
Augebantq; animos, mentẽque Themiſtoclis, audax
Qui nihil eſſe ſibi dicebat lætius,altos
Quã quę Melciadis celebrabat Muſa triũphos.
Nititur illuſtris ratione oſtendere Gama
Errores maris Æneæ,quos fama ſupremis
Carminibus cantat,non tanto nomine dignos,
Vt ſunt fluctiuagis quos per maria alta procellis
Fecit,queis etiam cœlum,telluſque paueſcit.
Aſt quod magnanimi Æneæ celeberrima cœlum
Tangat fama,colatque ſuo muſa inclyta verſu,
Et dulci Auſonidum cythara modo Mantua nomẽ
Efferat,Auguſti faciunt pia dona,fauores,
Et decus altiſono, largitaque munera vati.
Producit tellus Auguſtos Luſa feroces,
Cæſareumque genus profert,& robora,vires
Fortis Alexandri,ſed non ea dona ſupernis
Queis volitat ſua fama alis,ac nomine dignos
Æterno celebrat multos manſura per annos.
Auguſtus furias inter,metuendaque Martis
Prælia venturis componit carmina ſæclis.
Excitat ingentes en Fuluia pulchra querellas,
Cum pro Glaphiræ linquens Antonius illam

Carmine Parnaſsi collis iuga celſa petebat.
Cæſaris Imperio fortiſſima Gallia duro
Subijcitur, largam ſcribendi Martia ſyluam
Non arma impediunt, nec ſæui concaua belli
Cornua, ſic calamum dextra, ſic tela ſiniſtra
Portabat magni mentem Ciceronis adæquans.
Scipio, quem Pæni quondam, & Carthaginis altæ
Mænia ſunt experta, metro fabricata colebat
Carmina, quæ ſtricto famoſa Terentius vngue
Texebat, grauibus dignas ſcænaſque Cathurnis.
Magnus Alexander ſēper voluiſſe volumen
Creditur, & capiens ſomnum relegebat Homerum,
Seruabatque librum poſt ceruicalia Charum.
Denique nullus erit Dux robuſtiſſimus, omnis
Vel latio, Græco, vel quouis ſanguine natus
Doctrinæ ignarus, muſarum incognitus antris,
Exceptis Luſis, quod non pudet ore referre,
Namque quod excelſum non ducat ad æthera Luſi
Nomen fama, fuit quod barbara carmina proles
Carmina deſpiciat, Muſiſque Helicona dicatum.
Virgilij deſunt ideo, deſuntque ſupremi
Mæonides, deerunt etiam, ſi talia durant,
Æneæque pij, deerit robuſtus Achilles.
Sed natura potens (dictu mirabile) mentes
Lumine tam tenui luſtrauit, vt impia prorſus
Pectora nil curent, quod ſit gens barbara Luſus.
Noſter Dux muſis patriæ gratetur amorem,
Carmine qui cogit diſcribere facta virorum,
Ducere & ad ſuperas inſignia nomina ſedes;
Namque ille, & quicumque alius de ſtirpe creatus
Gamarum

Gamarũ illuſtri, Tagides non ſemper amicas,
Calyopen ve trahunt,vt linquant aurea fila,
Æternæ & tribuant illorum nomina famæ,
Solus enim fraternus amor,quo Martia facta
Luſorum noſtris celebrentur verſibus,vrget,
Et Tagides cogit Nymphas,pulchraſque ſorores
Sed non quiſque ſinat multis ſe opponere factis,
Namque ſuum nunquam deperdent geſta decorem.

LVSIA-

LVSIADVM

LIBER VI.

ARGVMENTVM.

HOc libro deſcribitur nauigatio Ducis ab Inſula Melindana ad Calecutium. Narratur celebris hiſtoria duodecim Equitum nobilium Luſitanorum, qui ad Angliam à Rege Ioanne primo Portugalliæ, vt certamen ſingulare contra duodecim Anglos inirent, miſsi fuere.

I.

REx Melindenſis neſcit quo pectore Luſos
Accipiat, reddatque hilares, qui ſalſa carinis
Æquora ſulcabant, vt certa fœdera mente
Cũ duce, cum ſocijs firmus cõponeret, ipſos
Tam diſtare procul Melinde à ſedibus, oram
Longe Europæam locupletem à littore abeſſe
Melindi, & ſortem Regnum poſuiſſe ſiniſtram
Pænitet Herculeo diſtanſia marmore, nidum
Non patrium Luſo vicinum habuiſſe penati.

Exercẽ

Exercent hilares Mauri de more Choreas,
Piſcanturque alij,capiunt ingentia piſces
Corpora,queis domitum L gëia fæmina pectus
Fallit, lætitiam que Antonius accipit,omni
Famoſus Rex ille die conuiuia Luſis,
Ferculaque, inſolita Cereriſque, ac munera Bacchi
Arte dabat, fructus,volucres,carneſque recentes;
Sed dux Gama moram rumpẽs dare carbaſa ventis
Conſtituit,petit aura leuis iam è littore claſſem
Soluere,cum magnum reſtet maris æquor arandum,
Congerit atque cibos,& dulces fluminis vndas,
Naucleroſque capit certos,qui curſibus æquis
Deducant naues,triſtem tum denique Regem
Conuenit,& ſtatuit tranquillæ fœdera pacis,
Luſorumque operam caſus promittit in omnes:
Rex petit vt Luſæ ſemper ſua littora naues
Inuiſant,neque enim donum ſibi gratius optat,
Quã pia Regna viris,propriũque impendere ſceptrũ
Inuictis animo,ſecuro & pignore firmis.
Frænabitque illos calidus dum ſpiritus artus
Pro Regis,Gamæque fide,pro gente, feroces
Quæ ſuperat fluctus, ventos,diraſque procellas,
Et ſalſum argentum conſtanti pectore ſcindit.
Innumeris vitam cupil obiectare periclis.
Talia dicenti reſpondet Gama,benignum
Hoſpitium gratans, animumque,& pectus amicum:
Ac promittit opem Luſorum,dum aureus orbem
Fulgenti immenſum luſtrarit lampade Phębus.
Tunc Melindenſes, ſtabilito fœdere,charo
Suſpicit amplexu,fidoque á littore ceſſit,

Et

Et dare vella iubens curſũ protendit ad Oras
Auroræ,Oceani ventis fauet vnda benignis,
Et Nauclerus iter carpit,certiſſima monſtrans
Signa viæ, certo fertur per cęrula curſu.
Iamque rates nitidi verrebant æquora ponti
Indiaci,clariquc vident cunabula Solis.
Hic miſeras tandem poſuiſſe cubilia Curas
Luſyadum gens laſſa putat,ſed Bacchus iniquo
Euolens animo,quæ tunc ventura pararent
Fata viris,famuli Luſi,qui à ſanguine creti
Tot metuẽda gerunt totũ çelebrãda por orbẽ,
Facta, gemit, demenſque furit,furioſus& ardet.
Infatis ſic eſſe ratum,firmumque videbat,
Lyſia quod Romam ſequeretur læta triumphis,
Diuitibus ſpolijs,palmis vitricibus,vrbis
Tollere quod ſtatuant clarum ſuper aera nomen,
Et mutare nequit firmant quod ſydera mente
Aurea,ab Olympiaca deſcendit ſede, furenſque
Conſilium quærit,capit,& Regna humida lati
Ingreditur ponti, Neptuni& pergit ad aulam;
Sedibus internis pelagi,fundiſq; cauernis,
Queis mare cæruleis tumidũ ſe abſcondit in antris,
Ex quibus erumpunt furibundis fluctibus vndæ,
Cum pontus venti furijs reſpondet acerbis,
Neptunus ſedem poſuit,poſuereque Nymphæ
Nereides,alijque dij,quos alta recondit
Vnda maris,preſtant ſummo munuſque Tridẽti.
Argenti fundus nitidas ibi monſtrat arenas,
Excelſæ campo turres cernuntur aperto
Chriſtalli ex maſſa factæ,quo lumina claro

Comminus

Comminus aſpectu radianti luce propinquāt,
Hocque magis dubitat dubio mens ardua viſu,
Si fulgens Adamas,aut ſi criſtallinus ornet.
Tecta color,nitido ſic lumine maſſa coruſcat,
Oſtiaque ex auro ſplendent radiantia fuluo,
Et quas concha gerit claris illuſtria gemmis
Littoribus,pictis decorantur & aurea ſyluis,
Turgida quæ Bacchi furioſi lumina paſcunt,
Confuſamque chaos faciem prius aſpicit,vnus
Illi vultus erat,rudis,indigeſtaque moles,
Pondus iners,aderant diuerſo munere rara
Diuerſis elementa locis, nam feruidus ignis
Sublimem obtinuit,ſuperi & ſine pondere cœli
Enituit,poſtquàm celſa Prometheus arce
Surripuit flammas,animantur cuncta calore;
Poſt ignem tractum rapuit natura ſecundum
Aeris inuiſi,qui nunc loca cuncta ſubintrat,
Nec vacuum patitur,ſic rerum poſtulat ordo.
Poſt ſequitur tellus circundata montibus altis,
Arboribus pulchris,& amæna virentibus herbis,
Et pecudes,volucres,animaliaque ōnia pacens,
Flumina ſculpta ſuis,& fæcundantia riuis
Tellurem,vaſtoſque agros,pomaria vernant,
Quæ pulchros flores,& Lilia pulchra colore
Cæruleo,pulchraſque roſas,vacinia pulchra,
Quæque etiam varij generis depaſcere piſces,
Et nutrire ſolent claris viuentia Lymphis.
Parte alia,quæ bella gerunt metuenda Gigantes
ſculpta iacent contra cæleſtia numina,Thipheus
Belliger ardentis rupi ſupponitur Æthnæ,

Euomit

Euomit illa ſuo crepitantes ore fauillas
Cum terram rapidus Neptunus percutit haſta,
Quæ primum produxit equum,depingitur almæ
Effigies,Pallas quam docta inuenit,oliuæ.
Non multum Bacchus furijs oppreſſus amaris
Cunctatur depicta videns,ſed percitus ira
Neptuni ingreditur ſedem,quem clarus opimis
Expectat portis pulchra comitante caterua
Nereidum,vini quod rex regna humida ſalſæ
Intret aquæ,viſatque Deum,mirantur,acerbi
Æquoris.At Bacchus mæſto ſic ore profatur.
O Neptune ſtupor non te,nec numina vaſti
Oceani teneat,quod nunc tua regna ſubintrem,
Nam fortuna etiam contra ſua tela potentes
Armat verba,cupis mea tu ſi condere menti,
Hæc prius è mæſto quam promam pectore ſenſa,
Numina ſalſa voca,cunctoſquæ incommoda tangũt,
Percipiant cuncti,atque alta poſt mente reponant.
Neptunus caſum horrendum putat eſſe,canorum
Tritonem vocat ille,iubet quod conuocet omnes,
Qui maris Oceani tractant confinia,diuos,
Triton quem ponti veneranda Salatia Regi
Progenuit,facie nigra,fœdaque parentis
Et tubicen,tumidæ præſtans& nuncius aulæ,
Quos caput incomptos,atque humida barba ferebat
Crines,ſunt pleni nigra ſalſugine limi,
Qui nunquam agnoſcunt arguti pectinis ictum,
Puncta gerunt nigris conchilia triſtia coſtis,
Ingentis nigrum decorabat magna locuſtæ
Cruſta caput,graditur metuendo corpore nudus.

Sic etiam nudat ſic cætera membra, natatum
Nė forte impediant,ſed ponti animalia partes
Parua tegũt centum,& centum,Cancrique retrorſũ,
Cammarus, & multo conchilia ſordida muſco,
Oſtreaque augmentum à nitida ſumentia phæbe,
Dextra tenet concham,quam iam inſpirare retortã
Incipit ingenito ſonitu,qui marmora longe,
Æquoreoſque ſinus penetrat,quos voce canora
Percutit,& magno tangit maria alta tremore.
præparat ecce viam ſonitu commota Deorum
Turba marina,petit magnique palatia regis
Neptuni,quondam qui fortia mænia Troyæ
Condidit,à ſæuis deſtructaque poſtea Græcis.
En pater Oceanus natis ſociatus amarum
Carpit iter,venit & Nereus,quem duxerat olim
Doris pulchra virũ,Nymphis qui impleuerat omnẽ
Horrendi tractum ponti,quin Protheus vndis
Deſinit ipſe pecus Neptuni paſcere,vates
Qui ſcit quæ fuerint,quæ mox ventura trahantur,
Aduenit,& mentem Bacchi iam nouerat.Ecce
Parte alia pergit formoſa Salacia coniux
Neptuni magni,cœliqne ac filia Veſtæ,
Læta,grauisque venit geſtu,& pulchredine tanta,
Vt tumidas Ponti truculenti leniat iras,
Induerat tunicam tenui velamine textam,
Quæ ſinit eximium facili ſplendescere viſu
Chriſtalli,debet niueum nec condere corpus.
Inde roſis ſubijt formoſior Amphitrite
Regales venit ad ſedes,ſecumque ferebat
Delphinum,turpi qui vt conſentiret amori

Conſu-

Conſuluit Regis,dominantur lumina cunctis,
Lumina quæ nitidi ſuperabunt lampada ſolis.
Leucothoeque etiam furias Athamantis iniquas
Quæ fugit inſani,ſociam & ſibi numina ſumunt
Oceani,pulcherque venit Melicerta parentis
Signa ſequens charæ,nunc conchas colligit albas,
Quas generat pontus,nunc fulua ſaltat arena,
Nunc formoſa ſinu puerum Panopea quietum
Ducit,& humano qui quondam corpore Glaucus
Vertitur in piſcem lapidoſæ viribus herbæ
Quo rapuit fælix inſignia numina damno,
Hic venit ad cætum plorans quam perfida fraudem
In ſcyllam Cyrces,quam valde Glaucus amabat,
Fecerat,inſanas agitabatque ore querellas.
Conſedêre Dei ſublimis ſedibus aulæ
Illæ in diuitibus ſtratis,in ſedibus illi
Chryſtalli,Bacchus ſolio,Rexque ipſe ſedebant
Æquali,celſas qui perflat odoribus ædes,
Quam mare producit Maſſæ,quæque inclita vincit
Thura Arabum,queis ſumma calent altaria donis;
Neptunus ſede ex alta ſedare tumultum
Fecit.Et oculto cæpit de pectore cauſam
Aduentus,furias diras,dirumque dolorem
Promere,vindictæ Bacchus correptus amore,
Conſtituens diro Luſos extinguere ferro,
Horribilis,ſæuus,furibundus talia fatur.
O Princeps Neptune,poloqui turgida frænas
Æpuora,& irati Lymphas moderaris acerbi
Marmoris,& gentescohibes,ne nauibus altum
Tranſcurrant pontum,metas poſitaſque relinquant;

Tuque pater,totũ lymphis qui circuis orbem,
Oceani immenſo totam cui cingere terram
Littore,neue homines ſignatos ordine fines
Prætereant,eſt iure datum. Vos numina ponti,
Quæ nulla in veſtro toleratis crimina regno,
Et quæ ſupplicio vindictam ſumitis æquo,
Si fortaſſe viam quis veſtra per æquora ſcindat.
Quæ pietas? Veſtras premit aut ſocordia mentes?
Quis lenire poteſt duriſſima pectora verbis?
In genus humanum ſemper componitis arcum.
Iam vos ſydereas voluiſſe aſcendere ſedes,
Audacique animo montem impoſuiſſe gigantes
Montibus,atque aulas horrendo Marte ſupremas
Vidiſtis tentaſſe; maris nunc equora celſas
Horrificas velis ſulcaſſe & remige naues.
Iam timeo cœli Dominos,terræque futuros,
Noſtraque in humanas conuerti numina vires.
En timidam ſobolem,famulus cui nomina noſter
Indidit,inſolito vos & me robore frænat,
Immenſumque domat mundum,penetrare videtis
Æquora veſtra,facit quod gẽs Romana ſupremo
Tempore non fecit,deuaſtat Regna Marini
Regis,& oceani frangit præcepta parentis.
Vidi ego quod contra Mynias,qui findere primi
Immenſum pelagus,veſtrique habitacula ponti
Sunt auſi,iratus Boreas,Aquiloque feroci,
Atque alij vultu ſe ſe oppoſuere,ratemque
Perdere conantes,pelago & ſubmergere nautas.
Si ergo ventorum ſumpta hæc vindicta furore,
Vos quibus infeſta facta eſt iniuria mente,

Quid precor expectare, morãq; imponere vultis?
Namque ſuperba ruunt aduerſo Marte Trophæa,
Quoſque ego Lucifero erexi ex Oriente Triũphos,
Indigni ſtygijs ſurmergi fluctibus Orci
Conſpicio, obſcura facta & caligine volui
Martia, perpetuam famam, queis orbe paraui
Indiaco, nomenque meum ſub tartara mitti.
Nam Deus Omnipotens, curſum qui dirigit orbis
Mente ſua ſtatuit Luſos extollere ad alta
Sydera, ſublimem famam, ſublimeque nomen,
Quo valeãt cunctas mũdi deuincere gentes,
Largiri, quod iura etiam fatalia poſcunt.
Nam certe nullum merito ius reddit honorem.
Ecce ego cur veniam ſupero delapſus Olympo
Expono, quæroque vias in ſedibus imis
Oceani, poſſim queis perdita nomina cœlo
Nanciſci, atque meas iterum inſtaurare ruinas.
Dicere plura cupit, lacrimæ verum ore querellas
Impediunt exire, quibus fera numina ponti
Exagitant animos, & diris pectora flammis
Accendunt, & ſæua Deos ſic concutit ira,
Vt ſine conſilio ſtatuant ſubuertere Luſos,
Et naues toto laſſas diſpergere ponto,
Hypotadique Deo Neptuni nomine ventos
Præcipiunt ſoluat, fluctus, qui ad ſydera tollant,
Luſorumque rates medijs mergantur in vndis.
Protheus at, cuius mens iam præſaga futurum
Viderat, hic voluit vates bene conſcius æqui
Fatidicam cunctis manifeſte exponere mentem.
Attamen ex omni ſic turbat parte tumultus

Prothea,vt ingenti Thetis indignata furore
Exclamet:Rex ipſe tenet quod præcipit.Altum
Æolus at quatiens conuerſa cuſpide montem
Obſcuro ſæuos ſoluit de carcere ventos,
Quà data porta ruunt venti, velut agmine facto
Eripiunt ſubito nubes lucemque,polumque
Luſorum ex oculis,furioſam & turbine totam
Tellurem turbant,& diris flatibus vrbes,
Poſternunt turres,altique cacumina montis.
Interea placido verrebat cærula vento
Claſſis laſſa viã,& pelagũ ſcindebat amarũ.
Tempus erat,quo prima queis mortalibus ægris
Addiderat ſomnum,mediumque quieta ſerenum
Nox carpebat iter,capiunt iam membra ſoporem
Nautarum,excubias qui primo tempore nigræ
Noctis agunt,alij ſurgunt,atque ordine facto
Inuigilant ſomno rapti,paſſimque per ipſas
Antennas,nauiſque latus,ne ſomnus ouantes
Opprimat,& facili torpeſcant membra ſopore,
Corpora tendebant,manibus quoq; lumina tergunt,
Et dulcem expellũt defeſſo à pectore ſomnũ
Quantum quiſque poteſt:narrant Mauortia facta,
Oceanique vias varias,hic narrat amores,
Caſus mille refert alius,ſed prouidus alter
Dicebat.Tantam poterit quid pellere curam,
Lætiamque animo triſti quid ferre valebit?
O ſi quis lætum recto caſum ordine narret!
At Iuuenis Leonardus,amor quem preſſerat olim,
Quid ſatius menti noſtræ,quid letius(inquit)
Eſſe poteſt,caſus quam ſi iucundus amoris

Narre-

Narretur? Mæſtū & ſic nos conſumere tēpus
Poſſimus? Contra tanta aſperitate coactos
Dulcia non memorare decet, maris impetus vrens
Pectora noſtra labor nunquam tolerabit amores.
Narremus Veloſus, ait, mauortia facta,
Bellaque geſta animo forti, nam noſtra labore
Vita abſoluetur, mea ni ſententia fallit.
Omnibus hæc placuit mens, & ſua laudibus ornant
Conſilia, & poſcunt narret Veloſus honores,
Luſorum vires, ac Martia robora bello.
Narrabo, vir fortis ait, quæ vera fuerunt,
Expellamque meo toto mendacia caſu,
Vt vos virtutem eximiam, verumque laborem
Diſcatis, veſtram & ſuper æthera tollere famam
Luſyadum dicam, totum celebranda per orbem,
Geſta ſuis quondam quæ campis Anglia vidit.
Tempore quo Primus tractabat ſceptra Ioannes,
Poſtquam Luſa fuit tranquilla pace potita
Tellus, Marte fero vicinaque bella quierunt.
Anglia terribili fremuit furibunda tumultu,
Anglia, quæ niuibus sēper Borealibus albet,
Semina namque grauis belli fera duxit Erynnis,
Vt Luſum diro vigeat certamine regnum.
Inter virgineum cætum, iuuenesque feroces
Diſſidium fortaſſe fuit, quo tempore ſceptrum
Londinæ tractat dux Alencaſtrius vrbis.
Illi, queis facile eſt audacia ſoluere verba,
Affirmant non eſſe decus, nec ſigna pudoris
Virginibus, tali famæ vt dignentur honore,
Inſultantque etiam, ſi quis defendere partem

Illarum gladio, truculentæ aut ictibus haſtæ
Audeat, infandum crudeli Martis arena
Dedecus, aut lato promittunt funera campo.
Fæmina ſemper iners, infirmum ac debile, diris
Non aſſueta malis, à charis poſcit amicis
Auxilium lacrymans, humanis viribus orba.
Hoſtibus, at claro cum ſint de ſanguine nati
Anglorum, aut magna conſanguinitate propinqui,
Aut quos vexet amor, voluit ſe opponere nullus.
Ingentes tandem lacrymarum fundere fontes,
Et nitidi pulchros alabaſtri tingere vultus
Fletibus, atque ducis ſtatuunt inuiſere ſedes
Fortis Alencaſtri, Londinæ & præſulis vrbis:
Hic Dux Anglus erat præſtans, atque agmina multa
Duxerat, & campos diro certamine Iberos
Cum luſis vexaret, ouanſque ex hoſte triumphos
Ferret, & vxori caperet iam debita Regna,
Atque ibi conſpexit vires, & martia bello
Facta, quibus fortes ſibi nomina magna pararunt
Luſyades, ſtimulos, etiamque cupidinis ictus
Senſit, dum Regi dedit in connubia natam.
Virginibus Dux ipſe tamen ſuccurrere nonuult
Auxiliumque negat, magnas diſcordia lites
Ne vocet, aſt aliquo miſeræ ſolamine triſtes
Ne careant, narrat quod cum telluris Iberæ
Sceptra, ac hiſpanas bello prætenderet oras,
Viderat audaces Luſos, & viderat alto
Martia facta animo, & ſolos potuiſſe ſuperbam
Anglorum iuuenum late deuincere mentem,
Virgineaſque pias ſolum defendere partes,

Triſtia poſt placidis ſolatur pectora dictis,
Et ſic alloquitur. Veſtris ſi mentibus vnum
Hoc placet auxilium, quam primum nuncius oras
Luſyadum noſter, longinquaque littora tanget,
Atque viros fortes horrendo in Marte monebo,
Qui vos, Virgineumque decus, ſæuumque grauamē
Et campo, & ſolo pariter certamine purgent.
Dux expertus eas ſic conſulit, atque benigno
Ore fauet, capiunt illæ ſolamina lætæ.
Nominat Heroes biſſenos Marte feroces
Dux, ac vt ſortes mittant, vt quælibet altum
Conſortem charis valeat compellere verbis,
Vt Regi ſcribant Luſo, ſimul omnibus ille
Scribere conſtituit: ſic ſtat ſententia menti.
Nuncius ad celſas Luſi peruenerat Aulas
Regis, & agnoſcit quæ cauſa coegerit Anglum
Sic ſcripſiſſe Ducem, vltores tunc poſcere cætum,
Virgineumque viros paribus contendere verbis.
Curia luſa fuit tali commota tumultu,
Ac rerum nouitate, velit Rex dedecus ipſe
Virgineum purgare, viam primuſque ſubire,
Non tamen hoc patitur majeſtas Regia, corde
Quilibet ardenti caſum ſibi poſcit honeſtum,
Feliceſque illos, & terque, quaterque beatos
Iam vocat Heroes, quos magnus nominat Anglus.
Sicut fama refert, tu Portugalia quondam
Accipis inſigni famoſum nomen ab vrbe:
Hic parat excelſas, fulcent vt marmora, naues
Rex qui tranquilla Luſos in pace regebat.
Biſſeni breuiter ſolitis ſe veſtibus ornant.

Martia

Martiaq;arma parãt,enſes,clypeoſq;decoros
Et conum inſignis galeæ, criſtaſque micantes,
Quilibet atque ſuos ſcriptis deſignat amores.
Iamque fuit magno conceſſa à Rege facultas,
Puppibus vt duri ſoluant retinacula Nautæ,
Heroeſque ferant placidis ad littora ventis
Anglica,en aſcendunt robuſto pectore,naues.
Attamen vnus erat non impar marte Magriſſus,
Ante fugam ſocios qui ſic affatur ouantes.
Magnanimi heroes,bello forteſque ſodales
Iam dudú externos mihi mẽs inuiſere cãpos
Et gentes varias,leges,moreſque videre.
Nunc via certa mihi,caſuſque aperitur,vt audax
Exequar hanc mentem,vobis me pergere terra
Vt placeat vellem,ſpacijs haud immoror æquis:
Nam quacumque die vos Anglia lata videbit,
Hac me etiam ſocium furioſa ad bella tenebit,
Quod ſi me impediat mors vltima linea rerum,
Nec poſſim ad certam vobiſcum accedere metam,
Non mea vis deerit,mea nec certamine virtus,
Marte vices ſocij fortes ſupplebitis omnes:
Aſt fortuna licet crudelem aptauerit arcum,
Impediãtque viam,mea ni ſententia fallit,
Valles,ac celſis decurrens montibus omnes
Signatis adero metis,ſocioſque reuiſam.
Talia ſic profert,cingunt ſua brachia collo
Amplexu, & patria diſcedit ab vrbe Magriſſus.
Aſcipit antiquæ Legionis prata,& Iberos
Campos,atque vrbes,quas Luſus cæparat Olim,
Nauarramque videt,ſummique cacumina mortis

Pyrennæ

Pyrennæ, Hiſpanos qui à Gallis diuidit agros
Poſtquam etiam vidit terram, quæ magna vocatur
Gallia, ad imperium Belgarum venit opimum,
Ille moram hic fecit, fuerit caſuue, doloue.
At verò reliqui gelidi maris æquora findunt
Heroes, longis apparent Anglica campis
Littora, Londini pergunt ad mœnia læti.
Dux recepit iuuenes, proprias & ducit ad aulas,
Quæque ſuum magno fouet, ac hortatur amore.
Iam ſpectata dies aderat, præciſaque meta,
Qua cum biſſenis Anglis certamina debent
Conſerere, ali Luſi ſecuro Marte cruentum
In campum erumpunt, non ſic Mars ille cruentus,
Non alius quicunque ferox certamen iniret.
Illæ autem ſe auro, varijſque coloribus ornant,
Colla tenent torques, armillæ brachia, miri
Ornabant digitos adamantes, atque rubini,
Chriſolitique, onyches, gemmæque, Topazius auri
Haud ſimilis precio, veniunt ad prælia comptæ.
Illa tamen, fortis cecidit cui ſorte Magriſſus,
Veſtibus induitur pullis, ac triſtibus ibat
Auſpicijs, nam forte moras faciebat amicus:
Quãquã alij affirmẽt, quod pulchræ dedecus Anglæ
Non patientur atrox, ſed quod victricia ducent
Signa, licet campo vel tres, vel quatuor abſint.
Iam Rex ſublimi ſolio, pulchroque ſedebat,
Illuſtreſque viri circunſtant ordine, ſicut
Cuique locum dederãt ſortes, ternique, quaterni.
Biſſenos alios nunquam Sol aureus Anglos
Viribus, atque animis maiori & robore vidit

Littore ab occiduo, claras orientis ad oras,
Audaces contra Luſos erumpere campo,
Spumantes & equi mandunt fræna aurea, vultu
Horribili, radijs ſplendent ſolaribus arma:
Vt cum Chriſtallum, aut Adamantum lumine durū
Sol ferit, aſpicitur numerus diuerſus vtroque
Agmine, cum populi gens tollere murmura cæpit,
Continuo vertunt facies, cauſamque requirunt,
Naſcitur ingentis qua turbida pompa tumultus.
In campum prorumpit eques, tela inclyta bello
Apta capit, ferroq; ferox armatus iniquo
Spumat equus, Regem, proceres, omnesq; ſalutans:
Fortia magnanimus Luſorum ad robora tendit.
Agnoſcunt ſocij robuſtum hunc eſſe Magriſſum
Lætantur, chariſque onerant amplexibus omnes.
Clamat, non deero certo in diſcrimine vobis.
Aulica ſed virgo aſpiciens, quem ſorte tenebat,
Qui famam, clarumque ſuum defendere nomen,
Nititur, ex templo preciosis veſtibus Helles
Induitur, recipitque hilari pia gaudia mente.
Iam belli ſignum Londini magnus ab arce
Rex dare, & horrifico crepere ærea cornua cantu
Præcepit, ac animos cogit ſonus horridus, haſtas
Submittunt, ad hibent, & equis calcaria, habenas
Laxantes, pedibus flammas extollit equorum
Tellus, obſcuro miſcetur puluere cœlum.
Hic fugit, ac pedibus celeres timor addidit alas,
Ille cadit, gemitumque emittit pectore ab imo.
Aſt hic purpureo reddit tincta arma colore,
Iſteque pulſat equi trepidantia tergora chriſtis.

Perpetuo

Perpetuo hinc aliquis funeſto vulnere ſomnũ
Accepit moriens,toto diſcurrere campo
Cæpit equus fugiens domino ſine,at alter adempto
Linquit equo campum,refugitque pericula vitæ.
Iamque ſuperba cadit ſublimi a culmine Martis
Anglorum vis,namque duo confinia linqunt
Signata,& valli fines,qui bella feroces
Continuant,mortis patiuntur tela nefandæ.
Denique victores Luſi Victricia ducunt
Signa,ac illuſtrem portant ex hoſte triumphum,
Virginibuſq; ſuam tribuũt cũ nomine palmã.
Biſſenos ſuperis recepit Dux inclitus aulis
Victores Luſos,lætoque accepit ouantes
Pectore,verum illæ lautis conuiuia menſis
Multa parant,reuocantque coquos, laquearia veſtes
Aurea depictæ exornant,hilareſpue diebus
Omnibus hoſpitio concordi pectore Luſos
Accipiunt,donec patrios vertantur ad agros.
Sed momorant auidum rerum manſiſſe Magriſſum,
Et feciſſe moram gelidis borealibus oris,
Atq; ibi Belgarũ Comitiſsã à crimine prauo
Eripuiſſe,virum diro certamine Belgam
Finibus è vitę morte eijciſſe cruenta;
Expertumque etiam robuſto Marte Magriſſum
Occidiſſe ferunt præſenti principe Gallum,
Qui voluit duro tolerare iu corpore Luſi
Vulnera,& inſigni fatalia funera campo.
Torquati vt quondam tolerarunt vulnera deſtræ,
Coruinique alij,quos vulnere mergit acerbo
Atra dies,placidæ ſubeuntque pericula vitæ.

Aluarus

Aluarus eſt vnus Luſorum exagmine,latos,
Fæcundoſque tuos vino Germania campos
Vidit,ibi audacem vocat ad certamina dira
Germanum,qui fraude virum deuincere tentat,
Ille tamen clauſit poſtremam inglorius horam.
Talia narrantem poſcit gens Luſa Magriſſus
Ne taceat caſum,nec commemoranda relinquat
Horrida damna alijs,quæ tu Germania quondam
Littoribus,vaſtiſque tuis fers inclyta campis.
Hæc cum dicta daret,ſublimi ex puppe Magiſter
Exploràs vẽtos,oculos huc voluit,& illuc,
Signaque dat nautis,nautæ hinc,ac inde ſoporem
Amittunt,capiunt ſuperis vela ardua malis.
Nam ventus vires recepit,ſemperque procella
Creſcit,at ille ſonos raucos ſic protulit. Eia,
Eia,ait,excubias agite omnes,membra ſoporem
Expellant,vigilate viri,nam ventus acerbus
Infeſtæque ruunt nigris ex nubibus auræ.
Carbaſa vix collecta tenent Carcheſia,quando
Excelſa a puppi raucus clamore Magiſter
Dat voces. Iterum maius dimittite velum,
Atque iterum clamat. Maius dimittite velum,
Non indignati patiuntur carbaſa venti
Ponere,at in varias ſæuo cum murmure partes
Illa ſecant:cœlum,telluſque perire videntur,
Intonuere poli,& crebris micat ignibus aer,
Inſequitur clamorque virũ,ſtridorque rudentum:
Nauticus in tota clamor ferit aera puppi;
Nam ſubitis venti furijs,ſubitaque procella
Diſruptis velis furibundas colligit vndas

Nauis,

Nauis,& ingenti proclamat voce Magiſter.
ellite cuncta,maris capiant hæc omnia lymphæ,
ellite cuncta precor,mora nulla,expellite,laſſam
xonerate ratem,ſcentinam haurite repletam,
Iam tumidis ponti nauis ſubmergitur vndis,
entinā extemplo exhaurit gens Martia, ruptam
ttamen horrendis ſic nauem fluctibus vndæ
oncutiunt,vt defeſſos facile inde mouerent,
ijcerentque viros aliam fera flumina nauis
n partem,duri tres magno robore nautæ
Non bene ſufficiunt clauū tractare ligantes
unibus,immenſum nec robur profuit,artes
Iumanas ſuperant venti.Nox incubat atra,
entorum furias augebat ſæuus ab antro
Eolus,& naues quatiunt illi agmine facto.
Ion aliter,quam ſi Babylonis fortia venti
Iænia terribili ſonitu poſternere vellent,
tque excelſa ratis,ſic vndique marmoris vndis,
ulgida quæ tumido tollunt ſe ad ſydera flatu,
Concutitur,tamquam medio foret æquore linter,
Tot formidandi fluctus voluuntur aquarum,
t ſtupeant omnes,quod non fera ſubruat vnda
ublimes naues,& ponto mergat acerbo.
Qua vehitur Paulus maioris pondera mali
ert perfracta rates furioſo diruta ponto,
Exclamant que omnes,cæleſtia numina voce,
Et lacrymis placare parant,Chriſtique repoſcunt
Auxilium,gemitus etiam per inania vanos
Cælius,& ſocij voluunt,lamentaque fundunt,
Quamquam tanta fuit ſolertia certa magiſtri

Colligere,

Colligere vt magno conatu vela iuberet,
Ante ſuas pelago rapidus quam funderet Auſter;
Nunc naues fluctus furibundi ad ſydera tollunt,
Poſtea deijciunt ſecreti ad viſcera ponti.
Ecce Aquilo, Boreas, & ſæuus flatibus Auſter,
Et Notus, atque Eurus contraria prælia miſcent,
Conanturque ſuo mundum laxare furore,
Fulmina ſæua cadunt, ſonituque trementia pulſan
Corda virùm, radijs diris nox atra relucet.
Alcyonq; ſuos volucris prope littora cãtus
Attollit, memor infandæ tũc mortis in vndis
Quam tulerat quondam nimio vexata dolore,
Impia cum Ceycis plorabat fata mariti.
Delphineſque etiam fundo ſe gurgite in antris
Abdunt, terribiles ventos, diramque procellam
Effugiunt, nec ibi capiunt per membra quietem.
Iuppiter ætherea nunquam fera miſit ab arce
Fulmina tot, ſæua quæ fecit ſordidus Æthna
Mulciber, Æneæque pij fabricauerat arma
Bellica, nec crebis tantum Deus ignibus orbem
Concuſſit, quando tota metuentibus vndis
Mundus inundauit, quando & duo pignora ſolum
Manſerunt hominum, quæ naſtram extollere poſſẽt
Progeniem, æternis quæ viribus occupet orbem,
Altaque quot fluctus ſtrauere cacumina montis,
Cum quaterent ponti crudelibus ictibus oras,
Quotque etiam furijs fregerunt arbore ramos,
Radiceſque Orni, Plataniquc, ac Populus alba.
Cedrus radices ad lucida ſydera vertit.
Sic etiam fuluæ ventis agitantur arenæ

Inſun-

In fundo, vt ſeſe ſuper ardua marmora tollāt.
Extemplo Gamæ ſoluuntur membra timore
Cum videat ſtygium nauem deſcendere ad Orcum,
Sydereaſque domos attingere poſtea cœli,
Attonitus tendit duplices ad ſydera palmas,
Auxiliumque vocans ſuperùm, Chriſtique fauorem
Talia voce refert. Deus O qui cuncta gubernas
Nutibus, & cunctis certa es cuſtodia rebus,
Iacidùm qui multa virùm trepidantia fuluas
Agmina duxiſti per aperti marmoris vndas:
Tu quoque, cui Paulũ ſeruare à fluctibus atræ
Syrtis, & inſignem cum natis, coniuge, charis
Ac nuribus naui Auguſta tutare Nohemum
Complacuit, quodque arca ferat genus omne ferarũ,
Si mihi iam licitum diræ noua monſtra Carybdis,
Et formidandæ tranſire pericula ſcyllæ,
Atque alias ſyrtes, tumidi vada feruida ponti,
Si quæ ſubmergunt infauſta Ceraunia naues,
Auxilium ſuperùm tantorum in fine laborum
Cur mihi Chriſte negas? Labor hic nõ tãgit honorẽ
Ecce tuũ? Terras laſsi non quærimus omnes
Nomen vt immenſo Chriſti celebretur in Orbe,
Et tua celſa fides? O terque, quaterque beati,
Queis Tingitanæ duris ſub mænibus arcis,
Vel Lybiæ campis Maurorum cuſpide preſsi
Contigit oppetere, vt fidei veneranda ſupremæ
Robuſto latis dilatent dogmata terris
Pectore, quorum etiam ſublimia facta coruſcant
Cognita, quæ celebris vehit alta ad ſydera fama,
Qui vitam acquirunt, quando Parca impia filum

Rumpit,& extendūt æterna in tẽpora nomẽ
Talia dum iactat,diro certamine venti
Vt tauri indomiti luctantur, & horrida creſcit
Tunc magis,atque magis diris metuenda procella
Flatibus,acquirit vires,ac funibus Euri
Strident,& toto tempeſtas ingruit Orbe,
Fulmina dira vices iterant, gignuntque timorem
Gentibus,atque iterant horrenda tonitrua planctus
Queis cadere excelſis cæleſtis ab axibus aula,
Mutuaque horrifico pugnare elementa videntur
Marte,ſuaque ira totum confundere mundũ
Lucifer aſt clarus nitidum ſolem ante ferebat
Iam lucem,& totam luſtrabat lampade terram.
Monſtrabatque diem læto gratiſſimus ore.
Immenſum poſito ventorum flamine pontum
Lætificat,cum pulchra Venus,quæ ſede regebat
Syderea ſtellam,& quam ſemper denſus Orion
Aufugit,vt ſupera claſſem conſpexit ab arce,
Et mare veliuolum,nimio correpta timore,
Et nimijs furijs,hæc mæſto pectore ſoluit.
Hoc hoc Bacchus opus fecit,ſunt iſta Liæi
Facta,ſed incaſſum,nam mens peruefa furores
Non feret vlterius,Luſis illata patebunt
Damna mihi.Hæc dicẽs tumidas deſcẽdit ad vnda
Oceani,celirique volat per inania curſu.
Nereidis pulchros componere ſedula vultus
Præcipit,& varij diademata celſa coloris,
Supra auri ſimiles,fuluoſque adducere crines.
Quis non cæruleos dicet producere flores
Supra fila auri verè radiantis amorem!

Ventoru

Ventorum ſtatuit lenire fauoribus iras
Oſtendens Nymphas, quæ cæli ſydera vincunt
Et geſtu, ſplendore, modo, vultuque decoro.
Quas vt conſpexere, cadunt de pectore vires,
Deponunt que iras nimia dulcedine capti,
Collaque ſubijciunt Nymphis, ac crinibus aurum
Qui pulchrũm obſcurat, dextraſque, pedeſq; ligarũt,
Atque Orithia ſuum, quem corde abſconderat imo,
Sic Boream alloquitur. Non credas, perfide, firmi
Quod te certa mihi traxerunt vincula amoris,
Nullũ pignus amor donat, niſi corda quiete
Pacifica frænare viros, qui Martis honorem
Sæpe colunt, nec firmus amans ſua blanda furore
Pectora conturbat. Si tanta inſania menti,
Non deinceps noſtrum ſperes furibundus amorem,
Quin potius timor inuadit præcordia, ſæuum
Te timeo. Sic noſter amor tua viſcera preſſit?
At formoſa nimis Galatea inuaſerat Auſtrum,
Quẽ ſcit quod pulchræ recreent pellucida Nymphæ
Lumina, quodque ſuis votis ille annuat, amens
Deuicti laxas cordis iam tendit habenas,
Atque hilari furias animo deponit inaquas.
Nymphę aliæ ſæuis ſe dant hoc ordine ventis,
Et Veneri pulchræ ſe tradunt. Illa fauorem
Promiſit ventis, placidas ſi nauibus auras
Luſyadum præſtent, claſſem ducantque ſecundis
Flatibus, ac ſemper furias deponere tentent.
Iamque aurora ſuo montes luſtrabat Eoos
Lumine, iucundis quos aureus irrigat vndis
Ganges, & ſcatebris locupletia temperat arua.

Cũ bene defeſſos mortis timor intimus artu
Aufugerat.Nautæ malo ſpeculantur ab alto
Tellurem excelſam. Tunc læto pectore clamans
Melinde Nauclerus ait. Sententia fallit
Ni mea,quam aſpicimus,ſanè eſt Calecutia tellus,
Littoris Indiaci optatam iam cernitis oram,
Quod ſi non alijs requieſcere partibus Orbis
Vultis,parta quies vobis,finiſque laborum
Hic erit,hic ſedes Luſis pia fata pararunt.
At Dux Gama oculos,dupliceſque ad ſydera palma
Extollens,genibus flexis ſic talia fatur.
Grates Chriſte tibi,qui quas inquirimus oras
Nunc mihi demonſtras,quæſitaque littora terræ
Indiacæ,tumidi per tanta pericula ponti,
Et mihi præſentem cum iam fata horrida mortem
Tentarent,ventuſque ferox,metuendus,& aſper
Et vitam eripere,& pelago ſubmergere claſſem
Inſtaret,ſubito ereptus,velut impia vexent
Somnia quando aliquem,ſi diro membra ſopore
Forte leuet,tanto ſic ſum diſcrimine liber.
Per tot tranſactos terraque,marique labore
Perque metus pelagi,perque horrida marmora vẽt
Percita,perque fames,per inhoſpita tecta,per oras
A patria abſentes,& per vada ſalſa Carybdis
Famæ auidos clarum tollit ſuper æthera nomen,
Et non maiorum meritis,factiſque parentum
Confiſos vitijs,ac prauis moribus æuum
Tranſigere,auratis nec torpida corpora lectis
Suſtentare inter nitidi precioſa Zebellis
Vellera,quem campis locuples Moſcouia nutrit.

Neu

Neue etiã Bacho,sõno, dapibuſque ſupremis
ndulgere nouis,molliquc incedere greſſu,
ebile delicijs varijs non paſcere corpus,
ortia robuſtis quæ pectora viribus orbant;
eue etiam Veneris,ſuperatquæ corda potentum,
uos fortuna colit,ſequiturque miſerrima flammis
iæ torquent mentes hominũ, & ſic mollia reddũ,
orpora,quod nunquam virtutum ad facta moueri
eroiſque animos poſsint addicere factis,
ed ſolum propria ſublimes quærere honores,
Quos ſibi quiſq; ſuos vocet,ac inſignia dextra
ræmia,dum excubias agitans arma ænea veſtit,
octe,dieque feros ventos,diraſque procellas,
c maris horribiles vndas,toleratque ferocis
rigora non pauidus gelidis regionibus Auſtri,
orruptiſque cibis veſcens, quos temperat alma,
uxiliumque ſuum fortis patientia miſcet,
ut etiam intrepidum,lætumque oſtendere vultum,
ormidanda atro cum plumbea ſibilet ore
lans ſonitu,ſociumque ferit,vel brachia,pectus,
Tẽporaq;,aut cerebrũ varias diſrũpere cernit
n partes,multoſque diem clauſiſſe ſupremum.
ic animus creſcit,qui forti pectore diras
emnit opes,fortiſquem ducit ad æthera virtus,
ic mens alta nitet ſæuo indurata labore,
Quæ varios hominum cultus ex ſede ſuperna
Deſpicit. Hic quando ſupera moderetur in aula
Ius rectũ,ad magnos inuitus ſcãdet honores.

Finis libri Sexti.

LVSIADVM

LIBER VII.

Appellit oram Calecutij Vaſcus á Gama, pro-ponit nuncium Regi, deſcribitur ſitus regni Malabarei, viſitat Præfectus regni noſtram claſ-ſem.

1.

IAm laſſa Indiacæ prope feruida littora claſſis
Appulerat terrę, quam quondã optauerat Hero
Magnus Alexãder, Trayanuſque inclitus, Indi
Et ſuperi Gangis, nitidis qui clauditur vndis.
Eia igitur fortes Luſi, qui Marte feroci
Victores palmam cupitis portare ſupremam,
Ante oculos vobis attat ditiſſima tellus,
Qua veſtræ valeant latè ſe extendere vires.
Vos o progenies Luſi, vos alloquor, orbis

Qu

Qui partẽ exiguam colitis.qui parua Tonantis
Gens eſtis,ſed firma fide,conſtantior armis.
Vos non impediunt metuenda pericula, gentes
Externas veſtri Imperio colla ardua regis
ſubdere,vel dominans mundo furioſa cupido,
Vel quæ ſyderibus reſidet regina parentis
Deſpectus,vel quod luſsis mens praua reſiſtat.
Vos o magnanimi,queis nunquã ad maxima Martis
Geſta cadunt vires,numero vos cætera vincit
Progenies,animis,ac robore vincitis omnes,
Haud vnquã vt præclara fides ſit ſparſa per orbẽ
Sanguinis ingentes dubitatis fundere riuos,
Parua licet ſoboles(ſic fata ſuprema tulere)
Pontificis ſedem Romani ad ſydera veſtris
Viribus,ac Domini portetis dogmata Chriſti.
Cernite Germanos,quos arua ingentia paſcunt,
Qui ſedem oppugnant Romanã , atque Inclita Petri
Succeſſoris (opus miſerabile)ſancta negantes
Dogmata paſtores,aliaſque requirere ſectas
Non cæco contentus adhuc errore cruenta
Bella gerit,ſæui non contra horrentia Turcæ
Regna,ſed vt duro pellat iuga dulcia collo.
Ecce Anglus,qui ſe Solymæ Regem eſſe ſupremum
Nominat, at turpis populo dominatur opimo
Turca potens.Vnquam falſum quis vidit honorem
Tam procul a vero?niuibus borealibus æuum
Tranſigit,inſtituitque amens noua dogmata,ritus
Caluini ſequitur,cæcique infanda Lutheri
Dicta,parat gladios,ac tela micantia contra
Chriſticolas,non vt capiant fortiſſima ſanctæ

Mænia Hieroſolymæ, cuius Romana poteſtas
Regem elegit eum,regni tribuitque coronam.
Quo tecum ſermone loquar Galle impie?ſacrum
Chriſticolæ,primumque tibi qui aſſumere nomen
Optaſti, nunquãque hæc ſtemmata clara relinques;
Non vt præſidium ſis, aut cuſtodia certa,
Aſt vt contra illud,Chriſti & documenta nefanda
Bella geras,ſummũque vllo ſine iure parentem
Oppugnes,legeſque ſuas ad tartara mittas.
Quid? Tibi iura fauent,vt Chriſti horrentia ſeruis
Bella feras?cum tu latum tua ſceptra per orbẽ
Extendas.Cur non mauros,qui flumina potant
Cyniſij?Cur non Turcas,qui Ægyptia vexant
Regna,tuo gladio ſcindis?multumque cruorem
Turcarum fundis,quo Nilus turbidus agros
Irriget Ægypti,ſonoroſaque cantica,ritus
Chriſticolûmque pij toto celebrentur in orbe?
Carolus ille olim magnus,Ludouicus honores,
Nomina,& Imperium,terras,ac recta relinquunt
Sceptra tibi,tantique capis iura inclita regni,
Sed non horrendi cauſas Mauortis iniquas.
Conquerar,an taceam?pariant quæ crimina cæcæ
Deliciæ,infandæ turpiſſimaque ocia vitæ,
Furta,latrocinium,mortes,ac dira Tyrannis,
Prælia,& ambitio,malaquæ fert omnia,vires
Et caput indè ſuum ſumunt.Vos alloquor alta
Romulida ſobole eductos,voſque inclita proles
Italiæ vitiis multis ſubmerſa, manuſque
In te verſa tuas,& te tua mænia diro
Subuertens bello,terris odia aſpera miſcens.

In

Ingentes conſumis opes, dira otia latis
Viſceribus nutris, veteres oblita decores,
Chriſticolæ miſeri, metuendi forte draconis,
Quem dux occidit Cadmus, vos eſtis in orbẽ
Diſperſi dentes, quos cum produceret aluus
Vnica, crudeles ſibi mutua fata tulerunt?
Non(precor) aſpicitis diuinum Marte ſepulchrum
Accepiſſe canes, qui vos facto agmine, mente
Vna perturbant, campos, ac mænia, & vrbes,
Et veſtra antiqua tellure impunè fruun tur,
Atque ſuum tollunt ſuper ardua ſydera nomẽ?
Hæ leges illis, hæc mens certiſſima, firmo
Pectore quam ſeruant, acies ad triſtia contra
Prælia Chriſticolas horrendo accendere cantu.
Terribilis ſemper fera viſcera vexat Erynnis,
Seminat & cauſas iræ, rixaſque cruentas,
Atque ita vos vobis, atque illi bella mouetis.
Si regna externa, ac alienas quærere terras,
Oppugnare vrbes, ſi vos mouet atra cupido,
Turbidus ecce Hermus, nitidus Pactolus arenas
Auriferas voluunt, nent aurea fila ſuperbi
Aſſyrij, fuluas abſcondit & Africa venas.
Vos moueant tot opes, moueant precioſa metalli
Pondera, ſancta domus ſiquidẽ non viſcera torquet,
Dira Byzantinæ tormenta accendite contra
Mænia plebis, ouans vbi ſceptra inſignia tractat
Turca, globos flammis, ac nigro ſulphure mixtos
In populum, ac fortes Turcarum impellite in vrbes.
Ad ſcythicos montes ad Caſpia prata feroces
Aufugiant Turcæ, quos tota Europa timore

Preſſa colit,quorũq; timet tela horrida triſtis
Auxilium implorant veſtrum clamoribus altis
Græcia, belligeri Thraces,Armenia duplex,
Atque alij; nam Turca potens chariſſima cogit
Pignora,vt infandi Mahometi dogmata primis
Accipiant annis(dictu miſerabile) Chriſti
Vt que fidem linquant.O dirum infame tributum.
Supplicio punire reos,qui crimina recta
Mente hominũ non digna patrãt, ſint gaudia vobis
Non populi vanas optetis ſpargere laudes,
Chriſticolas ſæuo veſtros quod Marte prematis
Sed dum veſtra ferox ſitientia viſcera vexat
Sanguinis ambitio gens o furibunda,minori
Non deerit Luſi laudanda audacia proli,
Qua legem Chriſti,totum & præcepta per orbem
Dilatent,ac dira ferant diſcrimina vitæ.
Africa ſæca dedit ſedes inuita ſuperbas,
Nullaque ſublimes Aſiæ famoſior oras
Luſtrauit ſoboles,campos proſcindit aratro
Quarta parte,ſuas præſentit America vires,
Iſſet & vlterius mundus ſi longior eſſet.
Interea poſtquam ventorum in marmore flatus,
Ac diros pelagi fluctus,nigraſque procellas
Pulchra Venus frænat,ponti furiaſque coercet,
Quid noſtri faciant nautæ videamus,aperto
Sydere quos Chriſtus ducit. Poſtquam inuia monti
Culmina comparent,votis vbi fata quietem
Ponunt,atque vident terram,qua dulcia Chriſti,
Inuictique ferunt hilares pia iura Tonantis,
Ad terram accedunt naues,noua littora verrunt.

Quatuor ecce ſuis piſcantes lintribus Indos
Aſcipiunt,celeri qui celſas remige naues
Conueniunt,quos Gama hilari dux ore recepit,
Oſtenduntque viam noſtris,qua littora poſſint
Clara Calecutij feſſi pertingere nauta.
Iſta Malabareas vrbs vincit mænibus vrbes,
Diues opum,locuples auri,& lux vnica terræ
Indiacæ,Rex inde ſuos in pace regebat
Et populos ſolio nitida,& ditiſſimus aula.
Terra procul vaſtis colitur ditiſſima campis,
Indus alit partes Boreales , Auſtrica Ganges
Prata rigat,varij reges regna ampla tuentur,
Diuerſos retinent ritus,mahometica quidam
Hic mandata colunt,alij ſimulacra deorum
Falſa,alij brutis tribuunt animantibus aras.
Taurus mons Aſiam,qui longo tramite totam
Diuidit,& iuxta varias,quas tranſigit,oras,
Ac varios hominum populos diuerſa ferocis
Nomina ſortitur ſimulans ora impia Tauri,
Antiqua tribuit claros ab origine fontes
Queis Ganges,Induſq; ſuas ad littora lymphas
Indica deducunt,circundantque vndique terram,
Atque fit extentis tandem terra aurea pratis.
Inter vtrumque fluit longo tractu Angulus amnem
Tellure ex alta,veram exprimit ille figuram
Pyramidis, ponti diues quem interluit vnda,
Nec non Taprobanæ confinis:naſcitur inde
Gangeticuſque ſinus,quo fama antiqua propinquos
Commemorat populos nutriri floris odore.
Qui terram hanc habitant, diuerſa hi nomina, ritus
Diuerſos

Diuerſos retinēt, Delij, numeroſaque proles
Patànum,Deçani,claris reſonantibus vndis
Gangis?ſpemque ſuæ qui ponit Oria ſalutis,
Bengallæque etiam populi,quos nulla metallis
Progenies vincit,tellus eſt fertilis auro,
Argento,dapibus,frumento,fructibus,herbis.
Belliger hic poſuit ſedem Cambaya potentis
Regnum olim Pori,iacet & Narſinga feraci
Tellure argenti,ac auri,lapidiſque Adamanti,
Chryſoliti,ac Onichis non multum dedita Marti.
Cum lato èpelago veniunt ad littora naues,
Conſpicitur primo mons altus,nomine Gate
Appellant populi,murus Malabaribus oris,
Quo furias poſſunt Narſingæ expellere regis.
Ex montis radice oritur vaſtiſſima campis
Planicies,tumidis ſemper quem concutit vndis
Horridus Oceanus.Primum ſibi ponit honorem
Alta calecutij vrbs,caput imperiale Tyranni,
Et ſolium celſum,& multa ditiſſima merce,
Regem autem ſolito Samorinum nomine dicunt.
Poſteaquā claſſis locupletem acceſſit ad orā
Antennas dimiſit, aquam ferit Anchora ſalſam
Ex prora,Luſaſque ligant retinacula naues.
Mittit Gama virum,Regi qui nunciet Indum
Partibus ex longis laſſatam quærere claſſem.
Nuncius ingrediens fluuium,qui marmoris vndis
Permiſcet nitidus proprias,queis irrigat arua,
Regia quadratis penetralia fulta columnis
Conuenit,en profuſa ruit Malabarica proles,
Miraturque viri geſtum,vultuſque colorem,

Et veſtem externã,raræ & præconia linguæ.
Concurrit populus,robuſtum vt pectore Luſum
Conſpiciat,non fert animus ſemel ora videre
Hoſpitis. Hic aderat forſan Monçaydus ortus
Littore Barbariæ,ritu Mahometa nefando,
Quo Rex Anteus ſedem ſibi fixerat olim.
Lætus adit Luſum,namque ob confinia regnum
Luſiadum,Luſas vel iam cognouerat oras,
Vel fortaſſe virum percuſſerat ardua Luſi
Dextera,ad exilium Maurum fortuna remotum
Duxerat,Hiſpana iocundo pectore Luſum
Alloquitur lingua. Quæ tanta inſania pectus
Mouit,vt à patria diſtantia littora quæras?
Auroræque ortum videas,indique fluenta?
Nuncius aſt illi reſpondet. Marmoris vndas
Sulcamus tumidas per multa pericula vitæ,
Per quos non paſſa eſt vnquam gens altera caſus,
Tendit ad auriferas indi pia claſſis arenas,
Vt diuina fides toto floreſcat in orbe.
Admiratur iter longum Monçaidius alto
Confectum pelago,caſus , metuãda procellis
Fulmina,ventorum furias,ac fluctibus imbres
Horrentes,& magna maris diſcrimina ſæui,
Nuncius intrepidus quæ narrat. Pinea Maurus
Texta videns reputat ſummi miracula mundi.
Sed cum deberent deferri nuncia Regi,
Interea hoſpitium charus Monçaydus illi
Offert,Rex aberat tunc forte inſignis ab vrbe
Non procul. Ecce cibos ſolitos,& fercula menſis
Præparat,& læti deerant nec vaſa Liæi,

Palmarũ è ſucco vinum,poſt prandia poſtquã
Defeſſos etiam recreaſſet Nuncius artus
Luſyadum dixit ſe velle aſcendere claſſem,
Nam nihil affirmat blando Monçaydius ore
Gratius eſſe ſibi,quam extremo littore mundi,
Auror ęque oris gentem aſpexiſſe propinquam,
Veſcitur oblatis dapibus,menſiſque paratis
Indulget Luſus,recreat defeſſa ſopore
Membra,bibit,loquitur,Mauroque obtemperat ipſi,
Ac ſi longa forent arctiſſima vincula amoris.
Continuo celſas naues inuiſit vterque,
Quas bene cognoſcit Maurus,prætoria primum
Scanditur,ac hilari lætus Monçaydius ore
Accipitur,cordis Luſi dant ſigna benigni.
Accipit inſignis Maurum dux,bracchia collo
Tendens,ut comitem caſus complexus ad omnes,
Lætitiamque capit,ſiquidem linguæ audit Iberæ
Verba, ſedet iuxta Gamam Moncaydius.Ille
Quæ tellus,mores,quæ ſint & bellica quærit
Robora!Non aliter ſyluas,& ſaxa trahebat,
Arboris & ramos Rodope de rupibus Orpheus,
Euridicis coniux,auri dum dulcia pulſat
Fila Lyræ,cur ſus fit ſic ad verba loquentis.
Incipit ille.O progenies fortiſſima mundi,
Prouida quam fecit Nidi natura paterni
Vicinam,quæ certa tulit vos ſcindere fluctus
Horrentis fortuna maris,Regnumque tremendi
Neptuni,ſæuas tentare & marmoris iras?
Scilicet hoc placuit ſuperis,hoc ſummus ab alta
Deſtinat arce Deus,neque enim ſine iure Carinæ

Luſyadum, nunquã quem proles altera vidit
Oceanum findunt, Minium linquuntque remotum,
Ignotumque Tagum, terras, campoſque feroces
Inquirunt, Indus nitidis quos irrigat vndis.
Accipite hæc animis. Quam nunc veſtra appulit, ora
Claſſis, abundanti tellus eſt Indica tractu,
Diuerſi hanc habitant populi, ſed tota redundat
Argento, atque auro, claris & lumine gemmis,
Nec deerit prægratus odor, nec thuris honores.
Hæc, cuius retinent naues, prouincia portum
Antiquo de more Dei quæ numen adorat
Erigit atque aras brutis, Malabarica fertur.
Sunt modo diuerſi Reges, verum vnicus olim
Regia ſceptra hominum, ſi vera eſt fama, tenebat.
Vltimus ille fuit ſeramus Pyrimalius, iſte
Hæc ab Erithræo cum venit Barbara ponto
Littora Maurorum ſoboles, tunc dogmata vatis
Infandi ſumpſit, Mahometæque factus, iniquos
Profeſſus ritus, quos me docuere parentes,
Extulit infelix altaria fæda Mahomæ,
Hac ſtatuens turpi vitam conſumere ſecta.
Extruxit naues, onerat locupletibus illas
Mercibus, & falſi vatis petit ille ſepulchrum,
Religio vt mores ſociet, vitamque quietẹ
Tranſigat, & terra valeat ſic ponere corpus.
Ante tamen patriam quam linquat dificit hæres,
Diuidit Imperium, quos magno ſtrinxit amore,
Inſtituit Reges, ſolijſque ornauit opimis,
Huic Cochinenſes arces, huic Inſula lorgo
Quæ piper immittit tratu ſic nomine dicta

Huic

Huic Crãganoriũ,ſed paruæ huic cõtigit arcis
Chalenſis ſceptrum,Coulani mænia cuidam,
Regna Cananorij iuueni.Sic certus abire
Partitur ſua regna ſuis.Puer vnicus alti
Pignore qui fuerat regi coniunctus amoris
Magna Calecucij ſuſcepit ſorte ſupremæ
Sceptra,fuit toto late quæ cognita mundo,
Induperatoris puero dat nomen,vt omnes
Colla iugo teneant,iuſſis nec quiſque repugnet
Poſtea Mechenſem celeri contendit ad oram
Curſu,qua prauis conſumat moribus æuum.
Regia ſoblimis Samorini hinc nomina manant,
Quæ ſibi poſteritas ſeruet per ſæcula;regnat
Qui modo progeniem pueri de ſanguine ducit,
Fallacem gentis componit fabula legem.
Sublimis,pauper ve fuit,ſua corpora nulla
Veſte tegunt præter partes quas ipſa coegit
Cingere natura,& duplicis ſunt ordinis,alter
Nobilium celibri dicunt quos nomine Nayres,
Indignoſque vocant poleas,qui iure vetantur
Progeniẽ miſcere ſuam,aut connubia claris
Nayribus,& thalamo illorum coniungere natas
Hæc lex eſt illis ſeruanda in ſecula,nati
Officium nullum,niſi quod de more parentes,
Vſurpare ſolent,gens eſt ignobilis,ipſis
Sanguinis initijs,primaque ab origine prolis,
Nayribus eſt vitium, ſunt magna piacula,tangunt
Si fortaſſe illos poleæ,nam ritus vtrinque
Nullus abeſt, turpes qua purificantur,& vndis
Seſe iterum,atque iterũ,pollutaque corpora purgãt.

Iſacidum proli ſic quondã tangere gentem
amariæ vitium fuerat, lexque ipſa vetabat.
Iauortis ſæuo gens eſt addicta labori
Iayres aſſiſtunt Regi, dum prælia miſcent.
)extra vehit gladiũ, modicam vehit altera Parmã:
ıntiquum nomen, ſublimique ordine ſummum
;eligionis opus ſortitur Bragmana ſemper:
Iamque Deis ornat falſas, ac præparat aras,
ythagoræ præcepta colit, qui Palladis arti
mpoſuit primus nomen, viuentibus aufert
Vitã nullus, alunt homines nõ deniq; carnes,
ed nimium indulgent Veneri (mirabile dictu)
puria agit infandus, tangit qui ſacra ſacerdos.
;ommunis coniux alijs de prole mariti.
'elicem ſortem, felicia pectora gentis
Quam non indignans zelus ſæuo igne retorquet.
Ios ſimileſque tenet gens iſta aſperrima mores.
)mnia fert tellus, Sinæ, quæ mittere poſſunt
Iauibus, & rapidi veniunt ad littora Nili.
ic memorat Maurus, ſed iam fama vrbe vagatur
Aduentaſſe viros longis ex partibus Orbis,
ıtque maris ſulcaſſe vias, vt littora magnæ
;lara Calecutij feſſi nautæque viderent;
;ontinuo verum inquirit Rex inclitus, alti
)rdinis, & mittit quoſdam; qui certa requirant
'ræcipuoſque viros, quos quiſuis ſexus, & ætas
;ircundat, quærunt robuſto pectore Gamam,
:t claſſem aſcendunt, referunt & nuncia Regis.
ıt Dux Gama, virum magna ſtipante caterua
.uſiadum, indutus precioſa veſte carinam

 Egredi-

Egreditur,gentis lætantur corda colore
Diuerſo,findit nunc lentus marmore remus
Nunc fluuium,latam qui præterlabitur vrbem,
Præfectus regni Catualis littore Gamam
Spectat,quem Nairum fortiſſima turba tegebat.
Ecce autem accedit Dux inuictiſſimus,ille
Heroem varijs recipit complexibus,offert
Lecticamque humeris hominũ vt portetur ad aulã
Regalem,antiquus ſic eſt Malabaribus vſus.
Sic Dux aſcendit,ſic & Catualis ad ædes,
Queis Rex expectat Gamam, ſed cętera turba
Luſiadum graditur pedibus, confuſa quieſcit,
Plebſque ſtupens homines externos quærere tentat
Quæ gens iſta ſuas longinqua ac aduena terras
Veniſſet? verum turris Babylonica,quando
Extructa eſt, vetuit qui ſydera fulgida tentat,
Confundens hominum magno diſcrimine linguas.
Interea dum carpit iter Dux Gama reuoluit
Multa ſuper Regem rogitans,ſuper ardua multa
Prælia,queis prudens rector reſpondet,vtrumque
Explicat inſignis docto Noncaydius ore.
Et tandem ingreditur lætam Dux inclitus vrbem.
Templum ingẽs,opulentũ albo de marmore ſurgit
Miratur molem Luſus,reputatque Tonantis
Eſſe domum veri,Nairum ſociatus amico
Agmine Mendoſi fallacia templa ſubintrat
Numinis. O ſuperi funeſtum auertite crimen,
Decepti falſum ante Deum ſua flectere Luſi
Genua parant,prohibet diuinum lumine flamen.
Numina falſa aris,fœdiſque inſculpta figuris

Ære,ac argento,lignis, & marmore duro.
Aſpiceres varios geſtus,deformia vultu
Corpora. Sic hominũ dæmon fera corda premebat.
Aſpiceres etiam vario depicta colore
Monſtra velut quondã pingebat priſca Chymæram
Ætas,Chriſticolæ mirantur pectora falſis
Obcæcata Deis,falſumque vt numen adorent,
Eſt facies,cuius deſædant tempora bina
Cornua,vt in Lybicis colitur celeberrimus oris
Iuppiter; eſt aliud duplices in corpore vultus (bat.
Quod gerit, haud aliter quã quõdã Ianus habe-
Nec deerat monſtrum,quod centum brachia geſtat
Centimano haud impar Briareo; fronte canina
Fædaturque aliud,qualis celebratur Anubis
Memphiticus,deerat Veneris nec turpia monſtra
Vana ſuperſtitio Catualem, ac agmina Nairum
Cogit vt inflexis genibus de more iacentes
Numina falſa colant,directo tramite ſedes
Poſtea regales adeunt,concurrit & vrbis
Plurima turba,Ducem vt Luſum, gentemq; remotã
Aſpiciant,hominum ſtipata ac agmina fiũt,
Tecta ſenes, pueroſque tenent,pulchraſque puellas,
Sublimis veteres ſuſtentat ianua matres.
Iamque propinquabant non lentis paſsibus hortos,
Conſita odoriferis viridaria floribus,herbis,
Atque roſis,ſyluis,queis regia tecta latebant.
Non multum ad ſuperos erecta,ſed aurea Regis
In lucis fabricant,ac in ſylueſtribus aruis.
Tranquillam vitam tum campo degit amæno,
Paceque tum tuta placidus Rex vrbe potitur.

Veſtibulis pictæ apparent mira arte figuræ
Indiacæ gentis,veteri quæ vixerat æuo,
Antiquamque manus depinxit Dædala prolem.
Exprimit heroas ſic ars imitanda vetuſtos,
Ex facie vt facile teneat qui aſpexerit,omnes,
Occupat immenſum terras quod circuit agmen
Auroræ lymphis nitidis,quas fuluus Idaſpes
Abluit,imberbis regit illud ductor,amænis
Bella gerit lentus,qui ſemper Martia Thyrſis.
Hic etiam magnis Niſam fabricauerat vrbem
Mænibus in ripis fluuij,qui ad littora lympha
Ducit ſic proprie,quod ſi aſpexiſſe Cybele
Poſſet certa ſuo genitum de ſanguine natum
Diceret. Aſſyrium quod tunc Regina gubernat,
Agmen ſubſequitur ſpacioſas fluminis vndas
Exſiccans,multos qua diro ex hoſte triumphos
Semiramis portat non caſta,ſed ardua Marte
Bellatrix,depinxit equam ars ſolerſque profanos
Concubitus Veneris,quos cæco exercet amore
Inflammata ſuo,propriumque accedere natum
Ad thalamũ patitur,Ninique amplexibus vt
Hic etiam inſignis quondám ſua ſigna reuoluit
Græcia, quæ rapidas Gangis deuicerat vndas
Magnus Alexander iuuenis direxerat alas,
Quem victrix multis circundat palma triumphis,
Qui non magnanimi affirmat ſe prole Philippi
Eſſe ſatum,iuuenem at ſummum generaſſe tonant
Facta ſed hæc Luſis miranda tuentibus inquit
Rector (prædixit ſic mens præſaga futuri)
Heus iuuenes citius floreſcet palma virorum,

Qui quos aſpicitis deuincent Marte triũphos,
t famam abſcondent horum, ſed ad inclita nomen
ſtra ſuum ducent, hæc noſtri rite futura
um cernunt ventura Magi, ſic ore tulerunt.
ddit et hæc prudens rector dixiſſe tremendis
iribus haud quaquam valuiſſe reſiſtere vires,
Iam quãdo aſtra fauẽt, aduerſa haud fata repugnãt,
uin etiam affirmat talem fore gentibus artem
incendi, ac regnum tranquilla in pace regendi
t victus famam pariter, nomenque decorum
Acquirat, quia victor erit ſuper æthera notus.
Iis dictis Aulam ingreditur Dux Gama potentis
nduperatoris, lecto lucente ſmaragdis
ccubat ille, grauem geſtu ſe oſtendit & auro
ntextum cingit pannum, diadema ſupremam
rnabat frontem gemmis, auroque coruſcans.
ſſiſtitque ſenex regi, quandoque virentis
Iuic folium genibus flexis qui porrigit herbæ,
uminat hanc princeps ſemper de more ſaluti
orporis indulgens: Tunc quidam Bragmana lento
Ad Gamam tendit greſſu, qui principis ori
iſtat, at ille graui recubans ſe corpore mouit,
nnuit vt ſedeat; ſedet & Dux Gama ſupremo
oniunctus lecto, circunſtat cætera proles
uſiadum, geſtum lætus, veſteſque, modumque
Iiratur gentis, quam nunquam viderat, Heros
nclitus experto ducens de pectore voces,
t grauibus verbis animos queis regis amici,
Iobiliumque hominum, totiuſque ordine gentis
onciliat prudens, venerando hæc incipit ore.

Rex magnus,ſapiēſq; potēs,ac fortis, & æquus,
Sol vbi perpetuo mundo ſua lumina motu
Abſcondit terra oppoſita,caligine nigra
Tingens,quā linquit partem, radijſque ſequentem
Illuſtrans,tanto tractus rumore ſupremi
Nominis,atque tuæ ductæ per inania famæ,
Vtque tibi locuples paret tota India,tecum
Eximium fixi vinclum prætendit amoris:
Oceeni longa mittens ambage Carinas.
Nunciat immenſum mare quod, vel terra feraci
Producit tractu,portant venale per Orbem,
Diuitiaſque Tagus rapidas quas mittere ad vndas
Nili, vel poterit Zelanda à littore diro
Vſque ad flagrantes Phæbea lampade terras,
Quas paribus ſemper luſtrat Sol fulgidus horis,
Cuncta ſuo Luſam gremio producere terram.
Siue etiam nudæ, ac ſacræ tu fœdera pacis
Mutuaque exoptes patriæ commercia noſtræ,
Atque tuæ,vt Regni creſcat prouentus, & auri
Copia magna tibi ſit, quod mortalibus ægris
Continuā impendit curam,certā accipit ille,
Doque fidem lætus tanto pro Rege,ſuumque
Fidus ad alta vehi reputabit ſydera nomen,
Nodus amicitiæ multos ſi duret in annos
Firmus,promittit ſimul à diſcrimine mundi
Teque,tuoſque ſua populos defendere dextra,
Viribus,atque armis,& firmo pectore: fratrem
Te quoque pacificum,per cuncta pericula noſcet,
Et mihi reſponſum tribuas Rex inclite certum.
Nuntiat hæc ſic Gema;graui nimiumque ſereno

Ore

)re, thoro Rex Gentilis reſpondet ab alto.
.ittore ab Occiduo noſtris conſiſtere Regnis
'rogeniem Luſi, ſummo me dignor honore
.ætitia ingenti certe mea pectora flagrant,
\rdua conſilium, ſed enim res poſtulat ipſa,
'tque ſciam certo, quis Rex, quæ terra, quibuſue
)iuitijs vigeat, quæ tantæ robore gentis?
nterea placido poteris ſaciare ſopore
Aembra, tuique etiam dulcem captare quietem,
'empore namque breui Regi reſponſa remittam;
Iam nox obſcuro totum velamine mundum
)bruerat, gratum capiebant corpora ſomnum,
am tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres
.enibant curas, & corda oblita laborum,
Ioſpitio accipitur Gama, & fortiſſima proles
.uſiadum ſummis Catualis ſedibus altam
Conſumunt noctem feſtis, dapibuſque paratis,
Rex autem Cura Catuali præcipit omni
't gentis mores, leges, ac regna requirat,
Quaſue habitent partes, quæ ſint ea littora mundi,
Qui ritus, Reges, quæ virtus Martia bello?
gniferos ſolem ſimul ac aſcendere currum
'idit, & immenſas luſtrari lumine terras,
edulus, vt ſuperam veniat Moncaydius Aulam
mperat, obruerat nam pectora cæca Cupido,
't mandata ſciat, valeatque agnoſcere gentem,
)mnia perquirit, promptoque indagat amore,
Et præcepta premunt Regis, qui nuntia Regi
Aittere conatur Luſo. quem nouerat ille,
.ittora littoribus cum ſint vicina propinquis,

Pectora tunc certus prompſit Mōcaydius imo
Hæc. Quamquam vellem multis tibi cuncta referre
Quæ petis, ingenue fateor, mihi verba deeſſent,
Attamen hæc firmo referam certiſſima corde.
Gens eſt, quam nutrit vaſtis Hiſpania campis,
Sol vbi marmoreis occumbens mergitur vndis
Non longe à patriæ pratis prata inclita diſtant,
Legem vatis amant, genuit quem maxima virgo,
A nullo contacta viro, namque integra partum
Senſit, & excelſum nunquam intemerata pudorem
Amiſit, Deus ille ſupremique halitus oris
Dicitur, immenſi credunt natique tonantis,
Qui mare, qui terras, cælum nitidumque creauit.
Et mea progenies memorat, priſcique parentes
Sanguinolenta viros horrendo prælia Marte
Miſcere, atque armis metuendum oſtendere robur,
Sæpius à noſtris nam dignos Marte triumphos
Portarunt, victis fabricarunt mænia Mauris
Munitaſque arces, poſtquam virtute ſuprema
Pinguia prata Tagi, campoſque relinquere Iberos
Cōpellunt noſtram ſobolem, facta ardua bello
Edunt intrepidi, torquentes Marte feroci
Antiquos mauros, metuendas æquoris vndas
Sulcant & Libiæ pergunt ad littora, noſtros
Pacatos non eſſe ſinunt, nec viuere tutos,
Fortia quin animis horrentibus arma capeſſunt,
Diripiuntque vrbes noſtras, ac mænia ſcandunt,
Nec minus in cunctis vires patuere periclis,
Aut bellis, contra quos ſæuo robore Iberos
Sæpe premunt, ſummi vel quos ditiſſima montis

Culmina

Culmina pyrēnes habitant, cũ Marte cruento
Ad terras reuocare gradum conamine cogunt
ngenti, nuſquam victi, victoria ſemper
Cedit eis, nec (certa loquor) nos vidimus vnquam
Fortibus his Pœnis aliquem ſe opponere ſæuum
Marcellum, duris his viribus omnia parent,
Quod ſi quæ narro tibi non tam vera videntur,
Diſce, precor, verum ex illis, nam cuncta petenti
Narrabunt ſine fraude viri, ſunt namque doloſi
Pectoris expertes, ſpernunt mendacia falſi
Cordis, & in cunctis æqui, verique tenaces.
Si placet excelſas videas in littore puppes,
Arma, modumque æris, quod cuncta euertit, atrocis,
Nec tibi ſit vanum, pacis bellique videre
Luſiadum ſignum, mores, ac pinea texta.
am Catualis auet Luſas aſcendere naues,
Vt videat vires Luſorum, ac bellica nigro
Sulphure vaſa, globos diros, ac cætera belli
Armamenta, iubet robuſto remige cymbas
Aptari, & velis etiam ſalſa æquora findit,
Inclitus inſequitur catualem Gama ſupremũ
Quos etiam paruis comitatur Maura Phaſellis
Progenies, primum petitur prætoria nauis,
Quos hilari recipit præclarus pectore Paulus.
Purpureos variant velamina pulchra colores,
Signa Crucifixi decorantur imagine Chriſti:
Et choo ex filo, generat quod vermis, in illis
Pictum Martis opus, fortis quod geſſerat olim
Dextera ſanguineis Mauortia pectora campis,
Sæua duella feris ſolum gratiſſima brutis.

Conſpice-

Conſpiceres,cernens pictas vt barbarus illas
Effigies,prompto paſcit ſua lumina corde.
Præparat ac primum menſas Gama inclitus,ornat
Et Cereris donis,& dulci nectare laute
Aurea ſpumantem diffundunt vaſa liquorem,
Quem quondam inuenit primi nouus accola mũdi,
Effugit at menſas Catualis,ſecta vetabat
Carnibus,atque alijs veſci,vinoque repleri.
Buccina rauca ſonans ſonitu quatit aera, Martem
In pace accendit,ſæua inſtrumenta coruſcis
Ignibus exterrent imitata tonitrua mundum.
Attonitos etiam profundo in gurgite piſces
Reddunt. At prudens notat omnia barbarus,ora
Attamen à picta non vertit imagine,cernit
Nunc iterum,atque iterum metuentia facta virorum
Pictura modica,quæ pingit muta poeſis,
Barbarus exurgit, frater comitatur vterque,
Cælius inſequitur,poſt hos Moncaidius; ille
Aſpicit inſigni venerandum corpore,canis
Crinibus ornatum,cuius nec tempore nomen,
Famaque celſa cadet, dũ ſol luſtrauerit Orbẽ
Lumine,dum celeri current ad marmora curſu
Flumina,veſtitu Græcus,ſed dextera ramum
Portat honorifici ſignum,ac inſigne triumphi,
Dextra tenet ramum. Sed quid modo cæcus, & altæ
Mentis inops,inſanus ego,temerarius,anceps
Hoc iter aggredior veſtro ſine numine Nymphæ
O Tagides,& quæ nitidi viridantia Mondæ
Littora,& auriferas fluuij calcatis arenas.
Auxilium imploro veſtrum,nam nauigat altum

Nunc

Nũc mea cymba maris pelagus, flat vẽtus ini-
Aduerſęq; aurę,quod ſi mihi numina vires (quus
Veſtra negant,vereor quod cymbula parua marinis
Fluctibus in medio mergatur turbida ponto.
Cernite vos quanto conſcripſi tempore veſtri
Auriferas fluuij ſublimi carmine Lymphas,
Factaque Luſiadum. Nunc me fortuna potenti
Perſequitur telo:peregrino in littore damna,
Diraque fata,nouos experto & Marte labores,
Nunc pelagi furias,diſcrimina ſæua ferentem,
Læua tenet gladium,vigilẽ tenet altera pennã.
Æolis ac quondam dum fata extrema, ſuperbo
Se morti tradens Machareo ſcribit,& enſem
Et calamum dextra ſuſtentat.Maxima ventrem
Paupertas vexat vacuum,mea viſcera torquet
Dira fames,miſeras ſemper feror exul in oras,
Hoſpitium externum me ſuſcipit, & mihi ſedes
Nulla,quies etiam nunquam mea temperat oſſa.
Si mihi ſpes felix promittit commoda, cerno
Quod fera maiorem contra me fata ruinam
Non ſemel aſt iterum crudeli cuſpide tentant,
Nunc diram euado per ſumma pericula mortem,
Quã mihi per lacrymas, ſumma & ſuſpiria Chriſtus
Reſtituit,ſicut Solymæ Rex inclitus olim
Ezechias lacrymis,& planctu extendere vitam
Obtinuit,ſancti monitus ſermone Iſaiæ.
Tanto igitur vitæ,& rerum diſcrimine Nymphæ,
Non mihi deficiant laſſo pia munera Vati,
Præcipuè cum muſa meos ad cantica verſus
Præparet ingenium,componam vt carmine laudes
Luſiadum

Luſyadū exacuam,facta & metuentia cātem,
Pandite nunc animum,mihi nam ſententia menti
Certa manet, laude indignos non tollere noſtro
Carmine, ſit quamquam ſublimis ſanguine, pænam
Ingrati ſoluam verſu, ſi talia laudem.
Nec mea muſa canet, ſua qui modo commoda,Regi,
Communique bono præponit, legibus æquis
Diuinæ, humanæque infeſtus, carmine nullum,
Quem cæca ambitio vexet, mea muſa ſonabit
Vt valeat ſummos conſcendere lætus honores,
Et campum oſtendat vitijs, ac turpibus actis:
Non etiam metro cantabit muſa ſuperbum,
Qui populi nimijs elatus abutitur auris,
Quique vt complaceat vulgo ſe mutat in omnes
Formas, vt ſeſe mutabat Protheus olim.
Non etiam illius cantabunt carmina laudes,
Qui miſeros ſpoliat populos,vt Regis opimas
Et multas acquirat opes: nec muſa ſeuerum
Laudabit, qui iura putat ſeruanda tyranni,
Cum pænam exequitur iudex, nec ſoluere plebi
Ius reputat miſeræ preciū quod vincit,& illū
Muſa etiam ſpernet, cuius manus impia taxat
Munera pro magno, quæ ſunt tribuenda labore,
Hos mihi fert animus dumtaxat carmine dulci
Tollere, & eximias ad cælum ducere laudes,
Qui vitam opponunt morti pro Rege,Deoque,
Pro patria, quam ſi profuſo ſanguine perdunt
Dilatant famam factis ſuper æthera noti.
Muſa mihi reddet furias, et pulcher Apollo
Parnaſi latices,nitidaſque Aganippedis vndas;

Dum

Dum capiunt aliquã trepidantia mẽbra quietẽ,
Nauiget vt placidis iterum mea cymbula ventis.

LVSIADVM
LIBER VIII.

ARGVMENTVM.

Moram facit Præfectus Regni dum ſerica Aulæa, vexillaque aſpicit, quibus depicti erant primis Portugalliæ parentes, & Heroes. Inſidias idẽ præfectus machinatur Vaſco da Gama, quas optime Moncayde opera, ac ſingulari Dei tutella euaſit.

I.

Detentus fuerat Catualis imagine, ramum
Cuius dextra gerit viridem, cui candida longa,
Plexaque barba fuit, fuerat quis? ſigna requirit
Conueniant quare illa viro? Tunc talia Paulus
Reſpondet prudens, dulci Moncaydius ore
Exprimit hiſtoriam. Cernis quas ordine pictas
Aſpectu horrendas, ſæuoque colore figuras,
Nouerunt homines factis, & nomine quondam
Sublimes, fortes, duros, animoque feroces

Ætas prima tulit, verum ſua fama paludem
Nunquam Acheronteam nigra caligine tectam
Aſpiciet, toto ſemper ſplendeſcet in orbe.
Hic fuit antiquus Luſus, qui inſignia noſtris
Littoribus dedit, & felici nomina regno.
Filius hic fertur, ſocius, fiduſque Liei,
Qui varias mundi ſuperauit robore partes,
Arma ſequens, quibus ille ſuum ſuper æthera nomē
Duxit, ad Hiſpanas fortiſſimus appulit oras.
His placuit tandem componere ſedibus oſſa,
Quas quondā Elyſiū dixerunt, nomine cāpū
Æterna, vt moriens feſſis dare nomina noſtris
Conſtituat; ramus quem victrix dextera portat
Thyrſus erat, ſignum, quo Bacchus turbidus olim
Vſus, & illius natum hunc, ſociumquè fuiſſe
Arguit, & magnum nomen noſtra accipit ætas.
Aſpicis hunc alium, qui poſt diſcrimina vitæ
Poſt varios maris errores, nunc calcat arenas,
Quas Tagus auriferas deducit ad æquora templū
Palladis ædificat, præcelſaque mœnia ponit.
Hic eſt facundus lingua Laertius heros,
Qui ſi Aſiæ incenſæ proſtrauit mœnia Troyæ,
Heſperia in magna fundauit ſedulus vrbem
Nomen (Vlyſſipo) donans præclarus Vlyſſes.
Quis erit hic campum, qui tanto ſanguine tingit,
Irruit & trepidos victor furibundus in hoſtes,
Romulidas vincitque acies, Aquilaſque ſuperbas
Deijcit, & decorat victricia tempora lauro?
Hic Viriatus ouis, miſeri pecoriſque magiſter,
Poſtea ſed forti vibrans haſtilia dextra,

Romanam obſcurat famam, quã vicit aperto
Marte, nec obtinuit tranquillæ fœdera pacis
Roma, ſed infeſto ſemper vexata tumultu
Sumere non poterat requiem, cum bella premebant
Imperiũ ſicut ſumpſit, cum tempore Pyrrhi
Martia Romulidas torquebant prælia, pacem.
Denique non bello, nec vi, ſed fraude pudenda
Vincitur, & moriens ſtigijs demergitur vndis.
Pingitur hic alius, patriam qui aduerſus iniquam
Suſcitat arma, ciens ad bella horrentia Luſos
Exul, & inſignes cuneos hos ſuſcipit, alas
Inſtruxit, claram queis poſſet tollere famam,
Tunc Aquilas Luſis ſociantibus arripit altas,
Nam populi fortes norunt ſubmittere noſtro
Colla jugo, & miro Luſorum robore vinci.
Aſpice ſubtiles fraudes, queis pectora plebis
Conciliat, Luſoſque ſibi coniungit ouantes
Fatidica Cerua, Diuinamque admonet, illam
Ceu numen ſequitur. Dux eſt Sertorius ille.
Aſpice vexillum, ſumma quo pingitur arte
Primorum genitor regum, qui regia ducit
Stemmata ab Vngariæ nota toto orbe Corona,
Quamquam alijs patria illius Lotharingia fertur,
Qui poſtquam vicit Mauros, vicitque Galæcos
Ac Legionenſes crudeli Marte fugauit,
Henricus felicem vrbem, ſanctumque ſepulchrum
Viſit, vt initium regni, regeſque futuros
Sãctificet, ſanctumque beat cum ſanguine truncum.
Attonitus quærit Catualis. Viribus impar
Quis procul ille mihi apparet metuendus, & horrẽs.

Quiſue

Quiſue eſt?quẽ tenues acies,ac parua ſequũti
Agmina, & ingenti tot millia clade feroci
Maurorum dextra proſtrauit, maximà campo
Geſſit Orichẽſi facta, ac memorabile Regis
Aſſumpſit nomen,pedibuſque quot aurea duris
Sceptra iacent, & celſa etiam diademata Regum,
Victaque ſanguineos ſternuntur ſigna per agros?
Hic eſt (Gama refert) primus qui nobile Regnum
Cæpit,et hic vaſtis Mahometum pellit ab oris
Luſiadum,volitans quem propter fama paludem
Adiurat ſtygiam Romanum ſe amplius vllum
Vel celeri ſonitu, celebri vel carmine ad aſtra
Fulgida vecturam. Cæli inflammatus amore
Numina ſancta colit, ſummoque altaria Chriſto
Erigit,& Dominum,proprio tunc ore loquentem
Audit, qui magni ſtatuit fundamina Regni:
Cæſar. Alexander tam pauco milite contra
Tot Cuneos, hoſteſque feros, acieſque ſuperbas
Prælia ſi gererent, nunquam ſua facta per orbem
Duceret, aut tanto coleretur nomine fama.
Aſpice quæ fuerint ſublimia facta clientis,
Admonet hic iuuenem, charũ quem cernis alũnum
Magnanimũ Alphonſum ſuperatũ Marte manẽtem
Congreget vt paruas acies, campumque reuiſat,
Quo monito herois ſociatus viribus hoſtem
Victorem aggreditur tanto conamine,campo
Pellat vt ingenti deuictum corde maritum
Matris; honorificum, porterque ex hoſte triumphũ
Hic magni, fortiſque animi Monyſius Ægas
Dicitur, horrendum fideique clientibus omen.

Pingi-

Pingitur inſontem vxorem, & pignora ſecum
Chara ferens,triſtique indutus veſte,ſenili
Imponens collo funem,quia colla recuſant
Alphonſi portare iugum,qui circuit vrbem,
Principis Hiſpani ſicut promiſerat Ægas
Liberet vt Dominum pœnæ ſe tradidit inſons.
Non plus Caudinis ignorans Poſthume furcis
Feciſti conſul,quando es circundatus alis
Samnitum, certis nam oppreſſum legibus hoſtes
Teque,tuoſque jugum ceruicem flectere cogunt,
Pro populo pœnæ tradis te firmus,at Ægas
Et ſe ſe,natos dedit inſontemque ſodalem,
Quod ſolet ingentem cordi renouare dolorem.
Hunc etiam aſpicias,Cereris qui abſconditus vrbe
Inſidijs cæpit Regem,dum obſidione leuaret
Oppida Molaris portus,acieſque fugaret,
Inſtituitque rates,queis diros vincere Mauros
Illorum,& claſſem pelago ſubuertere poſſet,
Et primam arripuit palmam,quod prælia ponto
Commiſit primus,rapuitque ex hoſte triumphum
Nauali bello inſignis,furibundus,& acer,
Dicitur ille Fuas Roupinhus,ſplendet vt ignis
Quo iuxta rupes Abylæ feritate triremes
Maurorum accendit ſolita,ſed Marte cruento
Arreptus ſubito vitam profudit, & altas
Protinus aſcendit mens feliciſſima ſedes.
Nonne vides magnas Anglorum veſte cohortes
Externa indutas forti deſcendere claſſe,
Quæ primum iubit ſublimia Lyſia Regem
Mænia poſtrare,& iniquos pellere Mauros,

Approbet,vt celſo reſidentem in pectore zelū
Aſpice vt Henrici Germani corpus honeſtet
Tegmine palma ſuo,rectis miracula ramis,
Excitat,hic mortem ſubeuntes aſpice Chriſti
Germanos pro laude,fides ſic corda premebat.
Ecce ſacerdotem vibrantem haſtilia cerne
Qui capit Arronchem,poſtquam cæpere virentem
Leiriam Mauri,prior eſt Theotonius,altam
Aſpice iam ſcalabim obſeſſam,Mendeſius ille
Eſt qui Chriſtiferum ſignum Moniſius arce
Extulit,& ſcandit ſublimia mænia primus.
Ecce etiam,cum Vandalicos fortiſſimus Heros
Sanctius euertit Cuneos,qui morte feroci
Signiferum turpat,vexillumque arripit audax
Hiſpalicum,patris exemplum Mendeſius idem eſt,
His dignus ſignis,cum noſtrum exaltet,at hoſtis
Deijciat terra metuendo robore ſignum.
Aſpicis vt gracili defendat feruidus haſta.
Et natæ,ac chari capita interciſa parentis
Afferat,inſidiaſque paret,quæis mænia captet
Fortia Luſiadum latam Rex intret, & vrbem,
Illa ſibi in tantum pro ſtemmate ſumit honorom
Fortem equitem præciſa manu capita alta ferentem.
Dicitur hic forti Giraldus pectore ductor.
Aſpicis infandi ſcelus execrabile Iberi,
Qui contra Regem furijs agitatus amaris
Deficit ad Mauros,odia atque antiqua Larenſes
Excitat in comites,Luſoſque infeſtat acerbo
Marte,ac Abrantes ſublimia mænia villæ
Aſcendit,prædamque capit comitatus atroci

Agmine Maurorum: Luſus verũ inclitus alã
Inſtruxit paruam,diræ quæ perfida gentis
Pectora deſtrueret,falſum duriſque ligauit
Ductorem vinclis,Hiſpano en transfuga Regi
Siſtitur, eſt Martinus eques, qui tollere lauri
Et viridis palmæ poſſit victricia ferre
Præmia; Pontificem crudelia bella gerentem
Aſpice qui baculum metuendam vertit in haſtam,
Dumque alij dubitant diro circundare Marte
Mænia,queis latis opulenta Salatia campis
Protegitur,ſolus miris expectat iniquum
Viribus auxilium,ſoluſque ad bella cruentos
Bella vocat Mauros,lacrymaſque infundit ad alta
Aſtra,preceſque ſimul,clara deſcendit ab aula
Effigies hominis,Cruce qui rutilantia ſignat
Pectora,permotus qua Luſus imagine vincit.
Aſpicis,vt quatuor veniant ad prælia Reges
Pontificem contra,ſed tali robore Luſus
Pugnat,vt in modico miſerandam tempore vitam
Amittant,vaſto Maurorum atque agmina campo
Effugiant diſperſa,alti miracula cœli,
Submittitque ſuos iam celſa Salatia muros,
Nec valet auxilium,non ænea mænia proſunt.
Ingreditur victam iam victor Epiſcopus arcem
Matthæus,clarum qnem Lyſia maxima nouit
Paſtorem,viridem palmæ capit ille coronam.
Aſpicis vt quadam Caſtellæ ex arce Magiſter
Deſcendens;Luſo fuit hic ex ſanguine natus
Algarbes campos ſpolians,& mænia,& vrbes
Viribus,atque dolo,ſimul,& felicibus aſtris,

Deſtruat,en pergit magnam expugnare Tauill
Puniat vt ſeptem,qui venatoribus atram
Intulerant mortem,Mauros; ſimul aſpice fortis
Vt capit ingenti formoſam robore Sylues.
Dicitur hic claro victor Pelagius Heros
Nomine,magna viri cuius tota inuidet ætas
Facta,vide ſocios tres,quos Hiſpania,& alta
Gallia cognouere viros certamine diro
Inuictos ſæuo portaſſe ex hoſte trophæa:
Aſpice Caſtellæ veniant,vt ad arua feroces
Cũ vt referãt pretium Ludi bellona cruen
Quem fecit,multique neces,ac vltima damna
Experti effundunt charam cum ſanguine vitam.
Nam tres robuſti Hiſpani,mentiſque ſuperbæ
Præcipuum ex Luſis ad prælia ſingula ducunt
In ſua damna virum,Gonçallus dicitur,vndis
Cuius claram vnquam non mergent Tartara fam
Aſpice cui tantum venerandum extendere nome
Fama dedit,veterum vt nulli maiora dediſſet
Signa,nec inuicto ſimilem cognouerit ætas
Poſtera,nam tenui pendentis debile filo
Hic patriæ ſuſtentat onus. Non conſpicis iram
Qua preſſus populi reprehendit inertia bello
Pectora,compellitque illum ſe ſubdere fræno
Interni,ſceptrumque externi pellere Regis!
Aſpice conſilium,quod celſi gratia cœli
Dirigit,atque aſtrum felix quo vincere tentat
Ingentem populum Hiſpanum, quod viribus imp
Crederet humanis Martis cui cognitus ordo.
Huius mira fuit celebranda induſtria, robur,

Atque animi virtus,hic poſt certamina, clades.
Quas Rex Caſtellæ accepit dum rura ſubintrat
Luſiadum,Herculeæ ad cãpos,quos pulchra Tarifæ
Littora nobilitant,& quos ditiſſimus vndis
Luſtrat Anas,diuertit iter,tunc ſtrauit Iberos,
Indomitam, ſæuam,celerem, gentemque furentem
Cædibus affecit magnis,prædamque reduxit
Innumeram,incuſſit mirum populiſque timorem.
Perſpice, ſed Luſas acies abſente ruinam
Magnanimo ductore pati,nondum inuocat altum
Numen (erat numerus gẽtis nõ æquus Iberæ,
Vincuntur noſtri,ac aduerſo Marte fugantur.
Quæritur & celeri curſu,clamoribus auras
Findit & ipſa ducem plebs ad certamina triſtis
Dira vocat,nam chara dabat præſentia vires.
Aſpice quanta ducis fuerit fiducia magni?
Nondum tempus adeſt,dicit,ne credite noſtris
Viribus,at Chriſti,totum qui temperat Orbem.
Sit vobis ſecura fides, victoria Luſis
Succedet,lætum Chriſtus dabit ipſe triumphum.
Sic quoq; Pompilius, dũ forti percipit hoſtem
Bello prata ſuum,& campos vaſtare propinquos.
Reſpondit ſapiens,qui fata ſiniſtra ferebat.
Ecce ego thura pijs impono prouidus aris,
Sedulus inquiris nomen laudabile? Luſus
Scipiades dicendus erit,ſed Nonius heros
Aluarus eſt nomen ſublime,Brigantia proles
Hunc fundatorem primum,truncumque ſupremũ
Nouit,& excelſum genus illo à ſanguine ducit.
Felicem patriam,talem quæ nutrit alumnum,

Communem potius patrię, regniq; parẽtem
Nam dum Neptuni, Cererifque hunc lucidus Orbẽ
Lumine luſtrarit Sol, Portugalia magnis
Inſignem votis, te ſuſpirabit alumnum.
Aſpice quam prædam capiat dux alter opimam,
Quam modico illuſtres deuincat Marte Magiſtros,
Accipiatque pecus, quod ſæuus cæperat hoſtis?
Aſpice vt iſtorum furioſo ſanguine tinctus
Hoſtibus & captum feruenti accenſus amore
Liberet, & fortem fideique inſigne ferentem
A manibus vinclis religatum abducat Iberis.
Dicitur hic Petrus Rodericus, & inclitus arcis
Londralis præfectus erat, robuſtus, & audax.
Aſpice quam iuſto perſoluat fœdere pœnas
Pelagius falſo periurus, perfidus ore
Inſtituens diras fraudes pia fædera frangit:
Ille etenim captus lato videt agmina campo
Diruta, & extremæ ſubijſſe pericula mortis,
Ægidius Fernandus erat, quem nobilis Eluas
Nutrit, & immanem periuro infligere cladem
Tentat, & inſigni Xerenſem diripit vrbem
Pectore, purpureos campos, & ſpargit Ibero
Sanguine; Pereiram Rodericum conſpice vultu
Intrepido, Luſus miranda qui arte triremes
Defendit, charam perdens cum ſanguine vitam.
Cerne decem & ſeptem Luſos, qui fortiter iſto
Colle quadringentis crudeli Marte reſiſtunt
Militibus quos vt capiant ſe extendere in Orbem
Conantur, verum ingenti cum clade recedunt,
Cognoſcuntque illos ſe non defendere ſolum,

Sed quod peruigiles truculẽtis cædibus hoſtes
Offendunt dignum toto quod perſonet Orbe,
Non vnquam tale hoc narrari ex ordine factum.
Fama refert quondam Luſos pugnaſſe trecentos
Millia Romulidum contra, quo tempore clarus
Dux Viriatus erat, geſtis augebat honorem
Nominis, inſigni frangentes robore vires
Romanas, ſtabili hæredum iure inde remanſit
Neue acies multas timeamus, & agmina pauci
Martia, multoties dedimuſque hæc ſigna periclis,
Aſpice quæ proles Regis generoſa Ioannis
Pignora bina, Petrum quem tu Germania quõdam
Magnanimum Heroem vidiſti, & pectore fortem,
Illuſtremque actis, queis mortem decipit atram,
Henricumque alium, qui primus nauibus altum
Diuidit Oceanum claſſem ac ad littora miſit
Nunquam nota viris, celſaſque ibi condidit arces,
Quique etiam primus fortiſſima mænia Cæptæ
Ingreditur, Mauris ſuſpenſum corde timorem
Incutiens, vanam illorum perfringit & iram.
Cerne Petrũ Comitẽ ingenti qui robore cõtra
Barbariæ innumeras acies duo ſuſtinet audax
Obſidia impauidus magnis, & ſuſtinet audax
Viribus, & tumidi Mahometis fulmen iniquum.
Aſpice quam diræ defendat mænia turris
Alcaceris, ſummaque acies propellat ab arce,
Vtque etiam audaci defendat pectore vitam
Regis, & vt propriam moriens contemnit, & altum
Aſſequitur felix manſurum in ſæcula nomen.
Aſpiciens alios, quos hic depingere poſſent

Pictores,verum calami, gratique colores
Deficiunt,donum,fauor vnus,præmia honores,
Queis artes capiunt vires,hæc magna ſuorum
Culpa fuit,quos ſacta obſcurant ſordida,claros
Ignaui cupiunt,nec iam cognoſcere mores
Maiorum,& veterum Mauortia facta parentum.
Degenerantque ſuo primæuo è ſanguine cæci.
Illuſtres alij,proli qui prima dedere
Principia,ingenti ſudarunt pectore, in æuum
Proſpera mãſiſſet domus,heu dum clara per orbem
Fama ſuum nomen tulit, ac ad ſydera vexit
Infortunati linquunt poſt funera natos
Moribus obſcuros prauis bene nata malignæ
Dedecorant culpæ turbant,& crimina famam.
Inuenies alios,qui vili ex prole creati,
Diuitijs pleni tranquillam ducere vitam
Haud dubitãt,opibuſque frui, domibuſque ſuperbis
Sed Reges hæc culpa premit,qui munera donant
Indignis,dignique cadunt (proh crimen iniquum)
Ad loca ſenta ſitu, miſeros malè torquet egeſtas.
Hi,pictura ſuos vt exprimat ardua,nolunt,
Aureaque oderunt modulantes carmina muſas.
Eſt tamen interea generoſo ex ſemine natus,
Qui decus eximium,& ſummum ſuſtentat odorem
A patribus ſumptum factis,ac moribus alti
Nominis antiquum,etſi non decus euehit vltra
Maiores vires,nunquam caligine prolem
Obſcurat,verum paucos mea muſa ſonabit.
Sic facta exponit grato Gama inclitus ore,
Miranda pictor,quæ quondam expreſſerat arte

Diuerſo

Diuerſo,nimioque ſimul decorata nitore.
Hiſtorias oculis Catualis çernit,& alto
Iudicio quærit,quærenſque exaudit ouantum
Prælia Luſiadum,cordi quæ gaudia præbent.
Sed dubiam monſtrant labentia ſydera lucem,
Abſcondit radios iam lampas maxima,clarum
Antipodiſque diem ducebat; barbarus vrbem
Robuſtique etiam Nayres è nauibus ibant,
Languida jocundam captent vt membra quietem.
Interea Stigijs Rex iam perterritus vmbris
Pręcipit auguribus, quod fauſta altaria falſi
Extollant,queis ancipites per ſigna futuros
Ante vident caſus,exercent munera,diras
Infortunati mittunt ad Tartara ſortes.
Quid ſibi vult Luſæ longinqua ad littora claſſis
Aduentus,miſit longo quam Hiſpania tractu?
Dæmon ſigna dedit gelido metuenda timore
Quod gens Luſa ſui lato intolerabile regno
Impoſitura jugum ſit,fræna ac aſpera terris
Indiacis ponet,populo feret vna ruinam.
Surgit,& attonitus dimiſſis viribus augur
Nunciat hæc Regi quæ ſint ventura,quibuſue
Viderat indicijs,quæ mæſti viſcera Tauri
Demonſtrant, dum vana miſer conſpexerat exta.
Additur his, cæcus quod tunc Mahometicus atræ
Sectator legis fuerat,fallaxque Sacerdos,
Aduerſus noſtram candeſcens pectore legem.
Huic odio plenus,falſi formamque Prophetæ
Accipiens Bacchus furijs apparet amaris,
Extollitque animum Vatis,dum talia fatur.

Heu fuge progenies metuendos Indica caſus,
Quos tibi crudelis pontum qui nauigat hoſtis
Præparat, ante premant quam ſæua pericula regnũ.
Hæc dicit. Maurus quamprimum exterritus alto
Membra leuat lecto, verum omnia mente reuoluens
Somnia vana putans, iterum ſomno inficit artus,
Atque cauo ſolus ſtertit reſupinus in antro.
Ecce iterum repetit Bacchus. Miſerande ſacerdos
Non cognoſcis (ait) ptæclari dogmatis olim
Doctorem qui multa dedit præcepta ſacratis
Ne ſũa baptiſmo lauiſſent corpora lymphis
Fæda viri? Excubias agito, viliſſime ſomnum
Tu capis ignauum, diſcrimina ſæua laturos
Agnoſcas Luſos, regnis populiſque ſuperbis
Diminuent legem, ritus, ac dogmata vobis
Dedita, confundent totas & robore terras.
Dum vis parua huius gentis, frangatur oportet,
Principijs obſtetur, erit nunc dulce ſuperbos
Perdere, & indomitas facile perfringere vires.
Quando ſol oritur facilis ſeſe obijcit iſtis
Luminibus, verũ mediũ cum aſcẽdit ad Orbẽ
Sic nitida feruens perſtringit lumina luce
Vt maneant perfracta, velut vos viribus, alto
Imperio, atque opibus, quas nunc fert Indica tellus
Et placida proles priuabit Luſa quiete,
Si fragilem ſinitis radicem extendere truncum,
Et tenuem in latos ſuffertis creſcere ramos.
Hæc vbi dicta dedit, ſomnus fugit horridus artus,
Attonitus Maurus, ſolitumque cubile reliquit,
Accendit lumen, corrodit dira venenum

Viſcera

Viſcera,cum primum terras Aurora reuiſit
Luce ſalutifera roſeis inuecta quadrigis
Regalem celeri pauidus pede pergit ad aulam,
Et regem alloquitur referens quæ viderat imo
Abſorptus ſomno. Tunc rex ſine ſanguine diro
Concutitur morſu, ſuſpiria pectore ducens,
Conuocat & primos trepidanti corde dynaſtas,
Conciliumque petens narrat dementia vatis
Somnia, & vt contra Luſos Mahometa moneret
Effigies, certam claſſis,cauſamque reuelat.
Iudicia omnes attoniti diuerſa ſequuntur.
Attamen extremam Luſis inferre ruinam
Conſpirant,varias fraudes,aſtutaque mortis
Tormenta inueniunt, proles Mahometica primum
Mortiferum ſæuo promit de corde venenum,
Conſtituuntque necem Luſis, & nauibus ipſis
Exitium infandum; vt regem, regnique regentes
Ad ſua vota trahant, locupletia munera donat:
Pectora primatum fuluo ſociata metallo
Conciliat, multiſque etiam rationibus addit
Funeſtam Luſis regno,regique futuram
Cladem, nam vitam ponto, pelagoque Piratæ
Degunt, & ſæua diſcurrunt marmora claſſe
Legibus humanis, & recto rege carentes.
O quantum debent reges,qui ſumma gubernant
Sceptra viros, decorat quos vita innoxia virtus
Inclita,nudus amor,iura,& pia viſcera frænant,
Conſilijs adhibere ſuis,nam celſus in alto
Cum ſedeat ſolio, poterit cognoſcere nunquam
Et varios caſus,& multa negotia regni

Lingua

Lingua igitur dulcis, ſyncera, & cõſcia recti
Integra conſilio regi eſt adhibenda ſupremo.
Nec etiam tanti pendenda eſt candida mentis
Dumtaxat virtus,vt regni tractet habenas
Vir bonus, & pauper, cui ſemper ſordida veſtis,
Qua quandoque latet mortalia pectora torquens
Inſana ambitio, neque enim cognoſcere mundi
Ambages poterit ſummo qui corda Tonanti
Tradidit, innocuam ſolus quæritque quietem,
Sic etiam inductus monitis, & pondere magno
Argenti diro Catualis pectore regem
Admouet, vt Luſo dilatet nuncia Gamæ.
Verum Gama nihil conatur candidus, Indi
Quam clarum inuenti ſignum deducere regi
Luſiadum, certus multas quod poſtea claſſes
Mitteret Emmanuel Rex, ſecum cogitat,atro
Indiacos queis colla iugo ſubmittere reges
Cogat, & excelſum Chriſti cognocere legem.
Ergo dux regem ſi reſponderet adire
Conſtituit,Mauros diri ſibi pectoris eſſe
Nãque videt,magno& comercia vera labore
Pellere,& afatui Luſos dimittere mente
Regis Aruſpicijs, qui tantum deditus aſtris
Cæcus erat, quando firmabant omnia Mauri.
Detinet iſte timor turpiſſima pectora; parte
Ex alia vexat Regem furibunda cupido
Argenti nitidi, & magnarum copia rerum,
Queis natura virum cupidum ſubiecerat auri.
Nunc videt ardenti,diraque cupidine preſſus
Commoda telluri, populiſque inſtare per annos

Perpetuos, ſi vera ferat mandata ſupremo
Luſyadum Regi, firmetque in ſęcula pacem.
Scinditur interea ſtudia in contraria pectus
Arcanum quorum dubius penetralibus altis
Conſilium poſcit, tunc Gamam conuocat, illi
Talia dicta ferens. Mihi ſi ſecreta patenter
Demonſtres, facile hanc veniam tua crimina noſtrā.
Inuenient, nam certa fides tua nuncia Luſi
Ficta mente mihi Regis retuliſſe, piratam
Indomitum nam te eſſe ſcio, ſine rege, ſine vllis
Legibus antiquæ patriæ te degere vitam
Et maris Oceani fluctus ſulcare timendos,
Errantemque vndis totum diſcurrere pontum.
Quis Rex audebit, ſanæ ſi mentis, amaras
Scindere aquas ratibus longinquo è littore magnæ
Heſperiæ, charæ per tanta pericula vitæ.
Quod ſi magnanimus Rex excellentia tractat
Sceptra tuus, Sanctis locupletia regna gubernans
Legibus, in ſignum pacis celebranda tuliſti
Quæ mihi dona? Ligent animos cum maxima regū
Munera, ſic firmo ſolidantur fœdere mentes.
Nam nautæ ignoti non ſanum eſt credere verbis,
Si dirum forte exilium pro crimine paſſus
Longinquas tandem veniſti eiectus in oras,
Teque, tuoſque ſimul placido in penetralibus ipſis
Suſcipiam hoſpitio, & caſus complectar in omnes:
Omne ſolum forti patria eſt, ſi nauibus æquor
Calcatis tumidum, teque & fortuna piratam
Fecit, terribilem Martis depone timorem,
Nam male ſuada fames cunctos, & turpis egeſtas
Torquet,

Torquet,& in miſeros crudelē cōijcit haſtā.
His dictis Dux Gama ſciens quo pectore Mauri
Inflammati odio contra ſe dira parabant
Funera & horribilem cædem, & diſcrimina vitæ,
Inſidiaſque,dolos,Regi grauitate decenti
Talia voce refert. Hominum ſi crimina quondam
Quæ mens Tartareis commiſit percita telis,
Non eſſent cauſæ cur turpia vaſa maligni
Dogmatis,& Chriſti legis crudele flagellum,
Perpetuis odijs,& falſo corde veniret
In ſobolē Adami (Rex præſtātiſſime) nunquā
De nobis ſimilem poſſes effingere mentem,
Sed quia in Oceano quoduis memorabile factum
Non ſine naufragijs varijs,varioque labore
Aſſequimur,dubiis rebus,ſemperque timorem
Anxia ſpes ſequitur,tibi non fiducia cordi
In noſtram propenſa fidem,contraria pacis
Signa dares,ſæuis ſi non tibi credere Mauris
Conſulerent auidi Catualis munere ducti;
Namque (vt certa tibi mens eſt) ſi noſtra rapinis
Claſſis abundaret,vel ſi ferar exul in altum,
Quomodo ab Occiduo magni maris æquora verrēs
Littore,non notos portus,vbi figere ſedem
Conſtituam,peterem? qua ſpe,quo munere diros
Oceani fluctus paterer,nimboſque furentes,
Frigora ſæua poli Auſtralis,diroſque calores
Quos tolerant lati medio qui vertice mundi
Æthiopes habitant nigrata pelle feroces?
Deberem noſtræ ſi pacis fœdera,& altam
Muneribus firmare fidem (Rex inclite) certum

Sit

Sit tibi me ſolum Auroræ vt nauibus oras
Inueniam, miſſum, ſolium queis grata dedere
Fata tibi, ſi læta mihi fortuna fauebit,
Et nos ad patrios fines, & littora regni
Luſiadum ducet, pretij ſublimia magni
Munera portabo, firmabunt ditia ſanctam
Dona fidem, placidæ præcelſaque fœdera pacis.
Si factum horrendum, humanis ac viribus impar
Eſſe putas, quod me per turgida marmora Luſus
Littore ab Heſperio Rex ad tua littora mittat,
Magnanimi nullum ſublimia pectora regis
Poſſibilem reputant caſum, qui robore vinci
Non poſſit, nam cuncta ſuis mens ardua telis
Vincit, & excellens gaudet patientia duris,
Atque hoc Luſiadum proles pro ſtemmate priſcis
A patribus ſumptum longis obſeruat ab annis,
Nam veteres primo ſtatuerunt tempore reges
Ardua qui impediunt ſemper deuincere caſus,
Horrendoſque maris fluctus, varioſque labores
Tranſigere, vt poſſent mundi cognoſcere metas
Extremas, ac tandem Auroræ viſere fines.
Hoc ſibi propoſuit ſoboles generoſa Ioannis
Qui mare primus arat, ſæuum vt robuſtus ab oris
Eijciat Maurum Lybicis, ac viuere in imis
Poſtremæ Lybiæ cogat fortiſſimus antris,
Henricum dico, qui mira Palladis arte,
Ingenio raro coniungens robora magnis
Roboribus tabulas tabulis, atque æribus æra
Edificat naues, poſſint quæ inuiſere partem
Quam claram reddit leporis lux, ara, ratiſque

Hydraque

Hydráque & Auſtralis confinia frigida ponti
Cum primum fortuna ſuis fælicibus auſis
Aſpiraſſet, amor rapidis ſublimia flammis
Corda mouet, furias venti, pelagique feroces
Temnere, paulatim metuendas æquoris vndas
Scindere proſequitur, ſed cum vota inclita natis
Cum regno aduenianṫ, conati poſtea reges
Incæptas tentare vias, ac nauibus Auſtrum
Cernere, & extremum Lybiæ cognoſcere littus,
Atque alias mundi poſt terga reliquimus oras
Quæ nũquam Boreæ partes, ſeptẽque trionẽ
Viderunt calidis Phaetontis & ignibus vſtis.
Sic jaculum fortuna tuum deuiximus alto
Propoſito nixi, ac roſeis aurora quadrigis
Vecta rates vidit Luſas, his ditibus aruis
Extremam tandem Luſi poſuere columnam.
Sulcantes liquidum ſtagnum, pelagique procellas
Ac rapidis tumidas ſuperantes imbribus auras
Venimus ad regni (Rex inuictiſſime) portus
Littoraque iſta tui, te ſolum quærimus, omnem
Ponimus in te ſpem, iam tanti nuncia noſtr
Aduentus mihi redde, precor, certiſſima Regi
Quæ poſſim deferre meo, mea vita rapinis
Si foret in pelago magno conſumpta, ſuperbum
Non peterem Regem, nec claſſis noſtra quietum
Tenderet ad portum, gremio iactata ſed alto
Antiquę matris Thetidis de more piratæ
Erraſſet locuples alieno facta labore
Quod ſi nota tibi noſtræ clementia mentis,
Te Rex alme precor noſtris rationibus addas

Nuncia queis poſſim regredi ad ſublimia Luſi
Regna, hilari noſtras animoque reuiſere terras.
At ſi noſtra tuæ mens non gratiſſima menti,
Nec valet hæc ratio tanto firmata vigore,
Haud dubium claris oculis inſtroſpice verum,
Pectore & vndiuago pauidum depone timorem.
Hæc cum dicta daret Regi dux inclitus, ore
Percipit attento Rex quæ ſibi Gama ferebat
Concipit atque animum ſincero in pectore fixum,
Atque fidem dictis adhibet facundaque linguæ
Examinat verba, & mixtum grauitate valorẽ
Iudicat, & diro Catualis munere captos
Maurorum contra inſontes triſtiſſima Luſos
Funera conſuluiſſe videt, trahit atra cupido
Auri, quo totum ſperat diteſcere regnum,
Hæc ducis excelſi mentem compellit amaram
Verba animo ſeruare, fidemque reponere veram
Corde, & ad infandas, nunquam ſe vertere fraudes
Maurorum, Gamæ multis Rex denique verbis
Præcipit, vt celſas ad littora fida carinas
Ducat, & indẽnes quas vellet mittere ad vrbẽ
Propitiam, poſſit mutare, & vendere merces,
Præſertimque illam, nitidis quæ deficit oris
Gangeticis, quam forte vehat de littore Regni,
Quo mare principium, quo tellus vltima metam
Accipit. En Regem venerandum linquit, & omnes
Gama moras rumpit, Catualem conuenit, orat,
Vt ſibi nauigium præſtet, quo ſedulus altas
Poſſit adire rates, nam Luſa à littore Cymba
Diſtat, at horrendo Catualis corda veneno

Infectus laqueos mollitur fraudis iniquos,
Nunc certas impune moras,nunc callidus artes
Inuenit infandas, quæis Gamæ tradere cymbam
Non valeat, tandem ductorem ducit ad oram
Portus, vt Gamam longe à penetralibus altis
Seperet, & nunquam veniant ſtratagẽmata ad aure
Regis, & infauſtæ poſtrema pericula Claſſi
Ferre queat, longe diſtare a littore cymbam
Intimat ille duci, falſas ſẽ pergere ad oras
Fingit, & inde monet diſceſſum vt differat, ille
Venturum in lucem ſtatuto littore lintrem
Promittit, ſed Gama moram Catualis iniquam
Demonſtrare odium cognoſcit, & iſſe malignam
Maurorum in fraudem corruptum munere turpi.
Hic Catualis erat, proles Mahometica multis
Quem primum donis corruperat, ille potenti
Præcipuus regni dextra moderatur habenas.
Hic hic primus erat gentis Coriphæus iniquæ,
Ex illo pendent, fraudes,conſpirat in omnem
Sæuitiam Mauris, promittitque ipſe futurum
Exitium Luſis, æternaque damna Carinis.
Inſtanter Dux Gama petens, hæc rettulit. Heros
Succeſſor Pyramalis ait, quod ſcandere naues
Nunc mihi ſic liceat, poſſint vt pergere ad oras,
Et fidam merces Luſas deducere ad vrbem.
Indigeo cymba, mihi tu nunc impedis anſam,
Qua iuſſum regis, quod non fruſtare valebit
Quilibet, intrepido poſſim exercere tumultu.
Munere corruptus Catualis Iuſſa Tiranni
Deſpicit, aſtutum potius ſtratagemma maligno

Cogit

Cogitat ore,videt nunc quomodo ſpicula Luſo
Sanguine tingat ouans, aut naues deſtruat igne
Suppoſito, Luſi redeant ne ad littora regni.
Poſtulat hoc cætus Mahometicus, ora ſuperbo
Indica neue vnquam valeat noteſcere regi
Luſyadum cimbam negat hic Catualis,& omnes
Præcipit indomito diſcedere littore lintres,
Clamat Gama graui clamat tunc voce. Veneno
Conſulit infectus Catualis, vt æquore ab alto
Præcipiat naues notum contingere portum,
Exitus vt facilis multis reditusque fuiſſet
Mercibus,& ſignum infidi, ſæuique piratæ
Eſſe refert, claſſis quod tantum diſtet amico
Ex portu, charæ nunquam diſcrimina vitæ
Sæua timet, regnum tractat ſi fidus amico
Pectore coniunctus. Diſcretus colligit inde
Gama rates terram Catualem accedere laſſas
Velle, vt crudeli ferro, flammiſque peruſtas
Deſtruat, aſt varijs agitatus pectora curis
Perturbat, medium quærit vitare propinquum
Quo poſſit damnũ,nullũ nõ commouet altũ
Dux lapidem, ventura timens, ſecum omnia voluit.
Sicut cum radius ſpeculum ſpectabile phæbus
Chriſtallum ve ſuo percuſſum lumine partem
Verberat oppoſitam, pueri ſi forte proterui
Dextra mouet,tunc celſa domus laquearia luſtrat
Omnia peruolitans late loca iamque ſub auras
Erigitur, iam nunc laquearia celſa pererrat.
Sic Dux Gama truci curarum fluctuat æſtu,
Atque animum nunc huc,celerem nũc diuidit illuc,

Tunc ſubit expreſſi,quod dudum iuſſerat ipſe
Mandatum vt tuto expectet ſe littore magnus
Cælius,hortatur celeri mox remige naues
Inuiſat,ne forte dolis,aut fraudibus vllis
Maurorum falſa capiatur linter in ora.
Talia ductor agit,magno qui munere Martis
Sectari cupit illuſtres,æquareque factis
Æterna dignis fama,volitare per omnes
Mente Orbis partes,vitare pericula,triſte
Diuinare malum,ſubtili noſcere mentis
Ingenio,ac ſæuos occultis fraudibus,hoſtes
Irretire,viro fideli credere ſemper,
Grata ducem nunquam laudabunt carmina,dicit
Qui poſt horrendos caſus (non eſſe putaui)
Inſignem grauitate virum Catualis acerbo
Detinet incluſum veluti ſi carcere Gamam.
Conſtans ille animo,& robuſto pectore ſiſtit,
Contemnitque minas infandi ſtrenuus hoſtis,
Et mauult ſupra ſe pondera dira laborum
Tollere,& inſidias turpes,quas perfida tendit
Maurorum gens,forte ſui quã perdere claſſem
Regis,quam largo ſecuram in marmore ſeruat.
Gama ergo imperio Catualis nocte retentus,
Poſtquam Sol terras luſtrauit lampade, ad altam
Se conferre domum Regis ſtatuebat,iniquus
Impedit ire tamen præſul,nam magna tenebat
Turba hominũ Gamam; tũc barbarus ille timendũ
Supplicium metuens Regis,ſi forte malignum
Noſceret ille dolum,modico qui tempore ad Aures
Perueniet,Gamam ſi detinet,vltima tractat.

Pacta

Pacta duci. Mittat cunctas ad littora merces,
Inclita nam ſæuus tollit commercia Mauors.
At Dux Gama,licet conceptam pectore fraudem
Cognoſcat præbet conſenſum;namque futuræ
Tunc ſpes libertatis erat,ſic venditur auro;
Promittit facto Catualis fœdere Cymbas,
Namque ſuas vlli non vult Dux Gama periclo
Obijcere,inſanus Luſos dum detinet hoſtis,
Qui potuit rapere,aut duris committere flammis,
Iamque petunt lintres,& velo,& remige naues,
Vt Luſas portent merces,at Gama ſodales
Admonet, vt mittant,queis vitet funera dona
Appellunt portum lintres;Catualis opimas
Sedibus infamis merces,ac dona recepit.
Aluarus inſignis, magna,& grauitate Iacobus
In terra tuti remanent, vt vendere poſſint.
Si pluſquam imperium,officium,pia munera,vili
Præmia multa valent,retinent & pectora,monſtrat
Barbarus hoc,ſiquidem diro de carcere ſoluit
Inſignem Gamam,ſimul ac in littore merces
Vidit,namque putat maioris pignora doni
Eſſe ſibi merces,quam ſi fera vincula Gamam
Detineant,ſæuam ſtatuit non amplius oram
Tangere,ne manibus Catualis perdere vitam,
Vel ſaltem ſtricto concludi carcere poſſit.
Aſcendens naues captabat Gama quietem
Expectans certi felicem temporis anſam.
Infamis,diri,ſæui,rapidique doloſi,
Nulla fides Catualis erat,fiducia nulla.
Ingenio mens clara ſuo ſpeculatur,vt omnes

Torqueat atra fames auri; Nam nobile pectus
Vileque pulſat opum, dura,& damnoſa libido.
Auri ſacra fames hominum, quid pectora cogis?
Thraicius puerum Polydorum obtruncat, & Auro
Rex potitur,Celſas intrans pluuia aurea turres
Obruit Acriſij natam, Tarpeya metallo
Lætatur fuluo, ſummam namque hoſtibus arcem
Tradidit, & dignas ſoluit pro crimine pœnas.
Hoc ſuperat ſummis turritas mænibus vrbes,
Fallaces aurum ſecuros reddit amicos,
Indignis vitijs ſublimia pectora turpat,
Magnanimoſque duces furibundo tradidit hoſti,
Inclita virginei corrumpit clauſtra pudoris.
Quin quod deprauat mentes, cæcatque ſcientum
Iudicium, textus ſubtilique explicat arte,
Et ſtatuit leges, & eodem tempore vertit,
Impiaque humanæ cauſat periuria gentis,
Infames reddit reges, & iure Tyrannos
Sæpius, & caſto famulantes corde Tonanti
Seruato illudit ſemper virtutis honore.

LVSIADVM
LIBER IX.

ARGVMENTVM.

REgreditur Vaſcus á Gama ex portu, & littore Calecutij, inſtructus á Moncaidio de conſilio Maurorum, in Portugalliam. Eum ducit Venus ad Inſulam, quæ fingitur, amœniſsimam, ac abundantiſsimam, qua Nimphæ æquoreæ Luſitanos humaniſsime receperunt.

I.

TEmpora peruigiles conſumunt longa Iacobus,
Aluarus &, nullo precio diuendere merces
Poſſunt, nam prohibet proles Mahometica vendi,
Et mercatores noſtris à mercibus arcent.
Nam mens vna fuit falſis certiſsima Mauris
Et Gamam, & ſocios, tantum conſumere tempus,
Vt veniant naues Mechenſi ex littore, noſtras
Quæ ferro abſumant, & diris ignibus vrant.
Littore Erithræo, quo Rex fundauerat vrbem

Arſionem quondam natæ de nomine dictam
Antiquus Ptolomæus, habet nunc parua xueſim
Vrbs nomen, paucis ſpacijs interiacet altus
Mechenſis portus caput inter nubila condens.
Ritibus hunc falſis Mahometica tympha quietum
Nobilitat, ditatque opibus, qui Gidda vocatur.
Hic rubri proſunt commercia maxima ponti
Soltano, lati qui regni ſceptra tenebat,
Commoda magna ferens. Ex hoc tũc barbara portu
Progenies ſperat claſſem, quæ aromata portet,
Contractuſq; ineũt Mauri, queis vtraq; tellus
Eſt opulenta nimis, celſas has perfida naues
Expectat proles Maurorum, vt crepitantibus vrant
Luſiadum claſſem flammis, fiducia tuta
Nauibus his poſita eſt, nec gens iam plura requirit,
Quam quod noſtra moram faciat fortiſsima claſſis,
Interea venient Mechenſi ex littore naues.
Sed Deus omnipotens, cæli cui ſumma poteſtas,
Qui quod conſtituit medijs præſentibus ipſum
Dirigit in finem, cæleſti numine Maurum
Afflauit, timidis qui monſtrans viſcera Luſis
Propicia, inſignis Moncaidius admonet, omnes
Exponitque dolos, meruit ſic præmia cæli,
Baptiſmi ſacroque lauamine tingere corpus.
Hic qui Maurorum ſecreta agnouit, vt ille
Qui de ſtirpe ſua fuerat generatus, & ipſum
Participem faciunt fraudis, declarat iniquum
Conſilium, mentemque feram, qua perfida noſtris
Infandum exitium molitur terra carinis
Sæpius, & Luſam diſtantem a littore claſſem

Viſitat, & magna pietate affectus acerbum
Damnum vitat ſecum, quod nauibus imminet altis,
nſtruit incautum Gamam, quod tempore certo
Appellant portum naues, quæ e littore Giddæ
Oceanum verrunt, has gens Mahometica ſperat
Exitium extremum ſint, ac certiſsima Luſæ
Claſſis damna, venit robuſto milite plena,
ulphurei metuenda ferens & fulmina claſſis
Vulcani, ac toto miranda tonitrua mundo,
Conſiderat poſſe infauſtam tolerare ruinam
Luſiadum gentes, ideo moncaidius hortans
Nunc venit ad naues, nunc triſtia littora viſit.
Gama etiam tempus, qua marmora turgida naues
roſcindant, aptum ſpeculatur, nuncia nulla
xpectat Regis, nam Mauri pectora cæcant
Muneribus, monitiſque ſuis inglorius hæret.
ræcipit occulte Luſis, quos falſa tenebat
erra viris, ſæua fugiant ex vrbe, rateſque
onueniant, nam tempus adeſt iam carbaſa ventis
oluere, fama uolat ſed iam veriſsima Luſos
Aufugere ad patrias occulto remige naues.
uos iubet obſcuro Catualis carcere vinclis
rendere, & horrificis portas concludere feris.
udacis vigiles Gamæ peruenit ad aures,
ui ſimul ac verum cognouit, carcere quoſdam
etinuit, Luſas qui forte aſcendere naues
entant, vt lapidum locupletia munera vendant.
i fuerant homines opulenti, & nomine noti,
t mercatores, quos ſtatim cætera turba
efeciſſe videt, nouitque in nauibus illos,

Detinuiſ-

Detenuiſſe ducem. Sed iam ſuſpenditur imo
Anchora de prora fundo, & retinacula ſoluunt
Nautæ, alij ſummo pendent ex vertice mali.
Turgida tranquillis pendebant carbaſa ventis.
Cum clamore adeunt Regem, referuntque citatum,
Quo claſſis pergit curſum, tunc fœmina, nati
Illorum, quos Gama vehit, fulgentia ad aſtra
Clauant, & triſti ducunt ex pectore voces,
Singultus varios, ſuſpiria triſtia multo
Corde trahunt, largas promunt de Rege querellas.
Deplorant quædam natos, aliæque maritos.
Ecce autem obſtupidus Rex Luſos mittit, & omnes
Merçes quas tulerant, quanquã Mahometica proles
Rennuit, vt charę reddantur pignora genti.
Conqueritur Rex ipſe ſua quod in vrbe malignos
Se præſente dolos ſoboles ſic Maura pararit.
Aſt hilaris Dux Gama ſuos ſuſcepit, & auris
Reſtituens aliquos dat carbaſa certa ſecundis,
Et terrę inuentæ ſigna excellentia Regi
Portat, & inuitos fert ex Malabaribus, oras
Auroræ liquens, patriæque ad littora pergit.
India cumque piper, longis quas mittit ab oris.
Banda nuces latum, quæ Careophilla Malucum
Nobilitant, ditem & reddunt Ternate, Tydore
Cynnamaque eximium quo diues inſula floret:
Inclita Tapobranæ, celſa, & famoſa vocaris,
Portat, cuncta dedit Moncaidius ille, ſodalem
Quem ſecum defert, & fido pectore quærit,
Flamine qui ſancto plenus ſua nomina Chriſto
Tradit, & imbuitur diuinæ dogmata legis.

O fælix Lybiæ proles quem gratia cæli
bſtulit a tenebris, nido longeque paterno
nuenit medium, cælum quo aſcendere poſſit.
oſtquam fallacis liquerunt littora portus,
ælici curſu proram protendit ad Auſtrum
laſſis, & Auſtrinam cæleſti flamine metam
endit, & Indiaci portus manifeſta reducens
igna, maris furias iterum, ventoſque feroces
t timidi, & læti Neptunia marmora ſulcant,
ntima Luſiades cum ventis gaudia ducunt,
Vt charam inuiſant patriā, patrioſque penates,
t ſuis referant ventos, fluctuſque procellas,
c imbres varios, & monſtra horrentia ponti,
iuerſas gentes, diuerſa pericula mundi.
uin etiam expectant a iuſto præmia Rege
ebita pro damnis, tantiſque laboribus, arcta
ætitia exuberant, iam iamque videre parentes,
xores, natos, & pignora chara, ſodales,
tque audire putant lætas & reddere voces.
erum quæ ſummum luſis Dea pulchra fauorem
Semper fælici genio, ſiue ordine cæli
mpendit, multiſque viros iam ducit ab annis,
rdinat, vt tumido capiant noua gaudia ponto,
oſtquam longinqui maris æquora turgida voluit,
Et varios Bacchi ſcelerata fraude labores,
Quos tulerant Luſi, ſedet alta in mente repoſtum
Dulcia digna viris dare pręmia, quærere gratam
Chriſtalli regno liquido, mitique quietem,
Anxia Luſiadum, qua mæſtas pectora curas
Deponant, & laſſa breuem natura vigorem

Accipia

Accipiat, natum accerſit, pueroque reuelat
Intentum, cuius cæleſtia numina cælum
Robore deſcendunt, fragileſque ad fulgida cæli
Aſtra volant homines. Medio celeberrima ponto
Inſula flore, roſis, herbiſque ornata paratur,
Quas tenet Oceano Citherea ex millibus vna
Formoſam præter Paphum, Ciprum, atque Citherũ.
Hic placet Idaliæ coniungere corda viuorum
Luſiadum mira ornatis pulchredine Nimphis
Præſertimque illis, decorant quas ſplendida clari
Lumina fulgentes radios vincentia ſolis,
Victaque flammatis feriunt quæ corda ſagittis
Nereides, formoſa Venus mouet ordine dulces
Vt ducant choreas lætæ, cantuſque ſuaues
Et citheras, placidaſque lyras, & nablia pulſent,
Fortia queis poſsint deuincere pectora amantum,
Quæſiuitque hos alma dolos, hæc retia, pulchra
Vt prolem Anchiſis Dido acceptaret in agro,
Quem mercata vocat facti de nomine Birſam
Taurinum poterit quantum circundare tergum.
Perquirit natum, nam ſæua cupidinis arma,
Arma putat ſua pulchra Venus, conſcendit ouantem
Currum, iungit aues, longæ quæ triſtia vitæ
Funera concelebrant, niueas additque columbas,
In quarum conuerſa fuit Periſtera formam,
Colligit Idaliæ dum candida lilia matris.
Quaque venus tranſit, ventos, auraſque ſerenas
Reddit, cuncta ſuo facit illa ſuauia motu.
Iam ſuper Idaliæ pendet viridantia montis
culmina, quo natus pueros ſibi iungit amores,

Et pharetrã complens diras parat ille ſagittas,
Vt ſæuum expediat bellum, mundumque rebellem
Corrigat, erroreſque feros extinguat amantum,
Quos non rectus amor, ſed quos ſibi vendicat vſus.
Aſpicit Actæum nemora inter denſa vagantem,
Conſumit vitam venatu, inſania mentem
Vexat, vt incultus ſolum fera bruta ſequatur,
Atque homines fugiat, pulchramque euitet iniquus
Effigiem humanam pœnam ſæuuſque Tirannus,
Dulcis amor præbet demonſtrans nuda Diannæ
Membra illis Infælix cerui mutatur inanem
In formam, canibuſque fuit præda impia. Multos
Aſpicit inſignes mundi, magnoſque dinaſtas,
Quod nullus Regni bona publica curet, at omnes
Nil reputant proprio ſibi gratius eſſe fauore,
Aut alijs ſolum, quos dura Philaucia mouit,
Aſpicit atque alios, qui celſa palatia greſſu
Solicito repetunt, pro ſancto dogmate vendunt
Doctrinas varias, & Regibus acta probantes
Dira placere ſuis nituntur: & aſpicit illos,
Diuinum ſanctæ qui paupertatis amorem
Sæpe ſequi debent, ad magnos ſcandere honores,
Quærere diuitias luculentas, fingere iuſtum,
Et verum ſimulare, feraque Tyrannide, crudo
Pectore iura dolis ſemper componere, leges
Et ſtabilire viris ſæuas, ſed maxima Regi
Commoda portantes, plebique imponere pondus.
Aſpicit vt mundum vexat veſana libido
Nec quod debet amat, patitur nec tempore longo
Supplicium miſeris tardet, vel pœna moretur?

Congregat

Congregat ille ſuos ad bella cruenta miniſtro
Atque armat telis, quæ contra horrentia mundi
Crimina confecit, puerosque ad prælia paruos
Dira vocat, volucer diuerſo munere quoſdam
Occupat, hi exacuunt penetrantia tela, ſagittas
Extenuant alij crudeles, dumque laborant
Diuerſos cantant caſus, & carmine dulci,
Angelicoque ſono cæcos modulantur amores.
Sedibus excelſis pueri, ac in cudibus altis
Pennigeris fabricant rutilantia puncta ſagittis,
Pro rigidis lignis ardentia corda crematur
Viſcera viua ſonent flammis crepitantibus ignem,
Limphaque quæ rutilo ferrum crudele camino
Temperat, eſt oculis miſerorum flumen amantum
Profuſum, flammæ celeres, ac torridus ignis
Eſt ardens, non conſumens vitioſa libido.
Exercent aliqui plebeia pectora flammis
Eructant tenero ſuſpiria triſtia corde,
Quod puer inſano iaculauit callidus arcu,
Formoſæ curant crudelia vulnera Nimphæ,
Quæ male percuſſis non ſolum gaudia donan
Sed vitam ſupera, qui non iam luce fruuntur.
Sunt aliquæ fædo vultu, pulchredine quædam
Ornatæ, quaſdam non nunquam ferrea ſtringunt
Vincla veneficia expertos laſciua Magarum,
Sæpe venenoſis cum ferrum intingitur herbis.
Ex his indomitis iaculis abſque ordine miſſis,
Quæ pueri cæci iaculantur mille proterui
In populo miſero (dolor heu) naſcuntur amores.
Magnanimi heroes etiam experiuntur iniqui

Inſana

Inſanas pueri furias, exempla videbis
Plurima ſæpe, arſit vetito quæ fratris amore
Aſpicias Biblim, mirrha eſt adamata parentem
Turpiter, & Ninus matrem, iuueniſque ſororem
Hæbreus Regis Dauidis filius Ammon.
Quin etiam natas paſtorum ſæpe puellas
Primates adamant, vincliſque ligantur amoris,
Et dominas etiam vulcania retia captant,
Dum quærunt cæco feruore ignobile vulgus,
Expectat quidam nocturnas ſedulus horas,
Aſcenditque alius magno diſcrimine tectum,
Plus tamen hos mater turpis, quam filius vrget.
Iam blando currum tulerant per inania motu
Cigni, ac Idæa nemoroſa in valle quieſcunt.
Deſcendit Dione, cuius radiantia vincunt
Alpinas tunc mala niues, roſeumque colorem.
En puer aerij metuunt quem numina cæli
Auratam pulcher ducens poſt terga pharetram
Accedit, lætam recipit lætuſque parentem,
Atque hilares puerum reliqui comitantur amores,
Oſculaque infigunt tenerę dulciſſima dextrę.
Illa at ne incaſſum conſumat tempora, natum
Complectens ſic orſa refert. Mi chare cupido
Nate, meæ vires, mea magna potentia, temnis
Qui ſolus ſummi metuentia tela tonantis;
Fulminaque horrendum ſupera queis ſede Thipheũ
Deiecit, ponduſque fuit grauis Æthna gigantis.
Ad te confugio, ſupplex tua numina poſco;
Luſiadum toto diſcrimina maxima ponto
Nota tibi, & longe noſtrum noſtique fauorem.

Nam

Nã quantũ præclara colẽt mea numina parcæ,
Concordes retulere mihi, veterumque ſequuntur
Romulidum, mea ſigna, meum per ſæcula nunquam
Auxilium deerit, dum noſtra potentia viuet.
Et quoniam Inſidijs odioſi in littore Bacchi
Indiaco, late violenta moleſtia fortes
Torſit, & vndiuagi manifeſta pericula ponti
Inſignes poterant furijs ſub mergere naues.
Sæuus vt Oceanus defeſſis præbeat almum
Hoſpitium, noſtræ res eſt gratiſſima menti.
Præmia, vt accipiant ingenti digna labore,
Vellem igitur, mi nate, tuis pia corda ſagittis
Nereidum pelago ferias pharetratus in imo,
Vt flamma accenſæ blando capiantur amore,
Et Luſos adament, qui terras Orbis ouantes
Inuenire nouas, tumidi & noua littora ponti.
Oceani vndoſis reparabitur Inſula vaſti
Viſceribus, quam Flora colet, Zephyruſque ſerenus.
Hic ego Luſiades diuino nectare paſcam,
Et Cereris donis, Bacchi & ſuperantis odore
Viua falerna, roſis aurataque lectula amænis
Chriſtalli ornabo nitidi in penetralibus altis.
Adijciam ſocias magna pulchredine Nymphas.
Et placet Oceani vaſtis vt ſurgat in vndis
Progenies fortis, ſumatque exempla malignus
Mundus, qui contra tua fortia tela rebellat.
Mænia celſa nihil, vel triſtis Hypocreſis vnquam
Spernere quod valeant occulta Cupidinis arma,
Nectarei fuerit cum tanta potentia nati,
Vt noſter late medijs in fluctibus ignis

Ardeat,

Ardeat. Iſta Venus blando ſic ore locuta eſt.
Filius aſt audax vt matri obtemperet almæ,
Præparat arma,iubet ducatur eburneus arcus,
Quo ſolet auratas diſplodere ſæpe ſagittas.
Et charum recipit curru Dea Cypria natum,
Atque auibus,mæſtu Phaetontis triſtia cantu
Funera quæ plorant,blandas emittit habenas,
Aſt aliam quærit ſociam puer aureus,illam
Quam ſibi ſæpe Deam ſentit ſibi ſedulus hoſtem,
Sæpius ac noſcit placidum conferre fauorem:
Hancq; giganteã,ſæui enceladique ſororem
Eſſe cupit famam,celerem pernicibus alis,
Quæ cum parua metu,mox ſeſe attollit in aſtra,
Tam ficti,prauique tenax,quam nuncia veri.
Centum oculi vigiles monſtro,mirabile viſu,
Quaque volat pariter facta atque infecta maligno
Ore canit,linguæ centum,tot porrigit aures.
Ecce autem ante illos apparet fama,iubentque
Tum natus,tum pulchra parens,quod geſta ſonoro
Martia Luſiadũ,ſummaſque ad ſydera laudes
Ante canat ſtrepitu,& maiori robore tollat,
Alterius quam quod celebrauit maxima gentis
Facta tubæ ſonitu,cum proles inclita cunctas
Luſiadum ſuperet. Celebris iam fama profundas
Oceani horrendo penetrarunt murmure ad oras,
Et verum ſonitu ſpargit,nam prodiga ſecum
Robora vana tulit fidei,cui credere fas eſt.
Laus,quæ magna ſonet,rumorque illuſtris eorum
Quos Bacchus contra Luſos fallacibus olim

Irritarat atrox,verbis,conuertere cogit
Corda,feroxque odiũ placidum mutare in amorẽ.
Fœmineum facile, varium & mutabile pectus
Iudicat indignos odijs,& crimine Luſos.
Tunc puer incautus ſinuoſum armauerat arcum,
Aſſiduæ incipiunt per inane volare ſagittæ,
Ingemit Oceanus iaculis reſonantibus,aer
Stridet,& hæc tendit tumidas directa per vndas,
Illa volat varios exercens impia gyros,
Nereideſque cadunt Nymphæ ſuſpiria ab imo
Pectore ducentes,ſæuoſque cupidinis ictus
Sentit quæque ſui vultum nec cernit amantis
Poſt puer indomitus fulgentem fortiter arcum
Lunauit diram mittens in dura ſagittam
Corda Thetis,valido & percuſſit vulnere Nymphã
Nympharumque Deam,furijs quę accenſa malignis
In Luſos valde fuerat, iam miſerat arcus
Omnia tela,manet pharetra & nudata ſagittis,
Nullaque Nympha fuit,quæ non accepta venenum
Æquoreis puero ſubdatur mortua campis.
Et ſi vita manet,ſentit quæcunque cruentæ
Tela necis,vitam ſubitoque abſoluere morſu.
Cæditę cærulei fluctus,medicina paratur,
Quam Venus aſportat pelago, fælicibus auris
Luſiadum,nam regna ſecat Neptunia claſſis,
Fœmineis flammis amor vt reſpondeat ardens
Ipſa pudicitiam Cythareia cogit honeſtam
Perdere,& illius Nymphas perfringere leges.
Nereidum iam bella cohors parat ipſa choreas,
Curribus & lentis ductæ de more,decoræ

Quam

Quam Venns innuerat, pergũt ad littora terrę,
Admonet illa Deas faciant quod fecerat illa,
Sæpe tener quando percuſſerat ima Cupido
Viſcera, ſic Nymphæ diro torquentur amore,
Subijciuntque Deæ toto conamine mentes.
Interea patriæ dilecta ad littora tendunt
Luſiadum naues, optantque appellere portum,
Quo poſſint haurire vndas, ſitis ardua pectus
Linquat & imbellem captent ſua membra quietem.
Cum ſubito apparet lætis pulchra Inſula nautis,
Quãdo inuecta venit roſeis Aurora quadrigis,
Æquoreis placidæ deducitur Inſula lymphis
Auxilio Veneris, quam ſicut carbaſa ventus
Ducit, ad excelſas ducebat Cypria naues,
Ne lætum claſſis poſſit deperdere pontum.
Qua ſcindunt pupes fluctus, venit obuia blando
Ducebatque procul ridens Venus anxia motu,
Firma tamen, ſimul ac Nautæ videre propinquam.
Sic poſtquam peperit pulchram Latona Diannam
Et Phæbum, Delos immobilis Inſula manſit.
Ecce autem pręceps ſinuoſa ad littora prora
Dirigitur, quorum conchis depinxit arenas
Alma Venus virides, pontique immiſcuit herbis,
Tres colles ſuperi, pulchri, gratique minantur
In cælum, ac vario decorantur gramine campi,
Præclari manant ſublimi ex culmine riui:
Decurrens inter ſtridenti murmure ſaxa
Candida lympha fugit, ſcatebris & temperat arua.
Hi vallem colles nitidam florentibus herbis
Findunt, qua late rauco ſpacioſa ſuſurro

Iungitur vnda fluens, hic longã pura paludẽ
Efficit, vmbroſis quam circuit vndique ramis
Arbor, & incomptos dum ſe videt ardua lymphis
Componit, ſpeculique vicem ſibi vendicat vnda.
Mille oculis grati ſcandunt ad ſydera fructus,
Aſtraque lacteolo vincentia poma colore.
Producit malus ſyluestres aurea fructus
Ornatos fuluo, quem Daphnis pulchra colore
Crinibus oſtendit, telluri cytria magnis
Horret ponderibus caſum minitantibus altum,
Formoſus dulcem limo producit odorem
Virgineas forma referens viridante papillas,
Nobilitatque comis colles frondentibus altos
Arbor agreſtis habens virides abſque ordine ramos
Platanus Alcidi, Laurus Phæboque dicata,
Et myrtus Veneri, Pinuſque ſacrata Cybelli,
Quæ quondam iuuenis fuit implacabilis Attis,
Indicat æthereas ſedes funeſta cupreſſus,
Quæ Pomona ſinu mitis dat munere largo
Inſula producit vario nemoroſa ſopore
Poma gerit nullo tellus inculta labore,
Cereſa purpureo pendent depicta colore,
Moraque, quæ a duro traxerunt nomen amore,
Et poma in patria, quæ ſætuum nacta venenum
Sana ſalutiferos aliena in ſede ſapores
Accipiunt, aperit rubrum granata colorem,
Quo pretioſe tuum perdiſque rubine valorem.
Pendet & ex ramis vlmi iocunda racemos
Vitis habens alios virides, alioſque rubentes.
Vos quoque pyramidum graciles imitata figuras

Cernere

Cernere ſi longos ſoles pyra vultis iniquis
Tradite vos auibus, quæ veſtro corpora fructu
Paſcunt, & ſoboles iterumque, iterumque redibit.
Ruſtica terra ſuo veſtitur flore, tapetes
Quos pictos mittit locuples Achemenia vincens,
Redditur & vallis diuerſis lætior herbis,
Flos caput inclinat Cyphyſius aurea clari
Ora ſequens ſolis, Cyphyſius imminet alto
Et liquido ſtagno, floret natuſque, nepoſque
Hic Cyniræ, quem ſuſpirat Dea mater amorem,
Cum videas terra ſimiles cæloque colores
Ambigeres raperet ne roſis aurora ruborem,
An terræ placidi decorarent ſydera flores?
Pingebant violas, Zephiruſque, ac flora colore
Cæruleo, roſa pulchra nitet, vacinia nigra,
Lyliaque alba vigent, rutulis madefacta rubentis
Auroræ lacrymis, & quos dilexit Apollo
Lattonæ natus flores, queis ſcripſit amoris
Officioſa notas natura, inſignia floram
Pomonamque inter facile certamina cernes.
Si delectat auis dulci clarum aera cantu
Pinguia graminei paſcunt animalia campi.
Iuxta vndam dulcis deplorat funera cygnus,
Explicat ex ramo gratas Philomella querellas,
Maxima & Acteus chryſtalli flumine cernens
Cornua non metuit, curſu rapit inde fugaci
Atque auritus iter lepus, & pia damula ſyluas
Linquit ſollicitæ ſibi quærens otia vitæ.
Inſtituitque ſuos ad dulcia pignora nidos
Parua auis ore trahens occulta cibaria natis.

Luſiadum proles campos inuiſit amænos
Nauibus è ſuperis deſcendens, pulchra dearum
Agmina, vt incaute luſtrabant gramina, quædam
Pulſabant dulces citharas, plectra aurea quædam,
Aſt aliæ ſuaues exercent arte cicutas,
Denique ſe ſimulant aliæ fulgentibus auri
Arcubus intrepido ſectari animalia curſu.
Sic experta Deis Venus haut incognita Nymphis
Conſuluit, ſparſæ vt latis venentur in aruis,
Et cum Luſiades nautæ ſpolia ampla viderent
Nũc ſeſe oſtendãt, ſimulẽt modo cõdere ramis
Corpora, vt accenſis ſtimulentur pectora flammis.
Nonnullæ bellum nimia pulchredine corpus
Demonſtrant, nitidis pulchræ verſantur in vndis.
Aſt iuuenes Luſi, quorum mens dedita lucis
Venandi capreas, ceruos, leporeſque fugaces,
Et damas, aliudque genus, non mente reuoluunt
Eſſe per hos montes hilares ſine retibus vllis
Quas captent, laqueiſque ſui venentur amoris,
Formoſas, placidas mira dulcedine Nimphas,
Quas Ericina ſuis percuſſerat alma ſagittis.
Balliſtis quidam, curuatis arcubus alter
Confiſi ceruos feriunt, & vulnere damas
Afficiunt, illos dumeta vmbroſa recondunt,
Hic viridi, florente æſtu, ſpaciatur in vmbra
Iuxta flumen aquæ, quæ dulci murmure lapſa
Currit per nitidos ad littora clara lapillos,
Diuerſos inter ramos, diuerſa colorum
Cũ genera inſpiciãt, quos nec roſa pulchra, nec vlli
Efficiant flores, facit illos aurea bombix

Intexta argenti filis, queis robora ſumit
Dirus amor, dirus creſcitque Cupidinis ignis.
Heus, heus, Velloſus magnis clamoribus inquit,
Si mendax veterum ritus (mirabile viſu)
Durat adhuc, mirum aucupium venabile nobis
Obijcitur, vallis Veneri ſacrata videtur,
Spiritus humanus nunquam maiora videbit
Quam nos, quod claris monſtrant miracula ſignis.
Has Nymphas ſacras, hæc numina ſacra ſequamur.
His dictis celeri rapidos conamine ceruos
Vincētes ripis currunt prope flumen amænis.
Illæ inter ramos fugiunt, induſtria Nymphas
Nunc regit incautas, certa nunc arte mouentur
Non celeres, rident paulatim, ac æthera voce
Ridentes feriunt, ſic & capiuntur ab hoſte.
Extendit flauos cuidam leuis aura capillos
Dum fugit, aſt alij velamina ſerica, cæcus
Partibus oſtenſis ſubito ſuccenditur ignis.
Quædam ſponte cadit, ſinit atque vt corpora tractet
Blanda ſequens, pariterque cadit defeſſus arena:
Quin alibi Nymphas obſcuro in littore nudas
Inueniunt alij, ſubitis clamoribus illæ
Aera percutiunt, ac ſi non conſcia talis
Mens foret aduentus, quædam minus eſſe pudorem
Quam vim fingentes inter dumeta latebant
Quodque dabant oculis, manibus nō ſpōte negabāt
Nudæ, aliæ celeri velantes pulchra Diannæ
Membra gradu, nitidis abſcondunt corpus in vndis;
Quædam autem vt veſtes capiant, quas littore ſeruāt
Aufugiunt, ripaque ſuis ſe veſtibus abdunt.

At iuuenes Luſi, queis magno ardore Cupido
Vulnera mortiferis inflixit cæca ſagittis,
Vt flammam extinguant vndis ſe in marmora ſalſa
Præcipitant, greſſu fugientia terga ſequuntur
Perdere deponant ſi veſtimenta, verentur.
Non ſecus ac quando canis importunus, & acer,
Et ſolitus volucrem captare in fluminis ora,
Sulphureum expertus, cum tollit ad ora canalem
Venator fulicem vt feriat, ſiue anceris alas,
Ante ſonum horrificum ſeſedat fidus in vndas
Atque natans latrat, ſic forti pectore Luſus
Irruit in Nympham, quæ non erat ipſa Diana.
Ecce Leonardus iuuenis fortiſſimus, audax
Ipſe nimis miles, duro inflammatus amore
Infeſtus dederat cui tædia multa cupido:
Iamque ſibi certum fuerat fatalibus aſtris
Fallacis nunquam tractare negotia amoris,
Non tamen amiſit ſpem, quod Fata impia vultum
Mutaſſet, aliquamque animo conferre quietem
Poſſent, huic præceps fortuna ignota fauebat,
Namque Ephirē, cui larga dedit natura beatas
Diuitias, ſequitur, quæ carius vna valebat
Vendere quod fæcunda dedit natura daretur
Vt pignus currens ſic defeſſo arguit ore. (vltra
Nympha decus Nemoris, pulcherima Nympha, quid
Progrederis? Palmam vitæ tibi donat ouantem
Noſter amor, corpus ſpera, mentem aſpera cuius
Tecum Nympha trahis: Nympharum cætera currit
Turba, cupidineis ſed tandem blanda ſagittis
Pectora ſubijciunt, miſerum tu ſola ſequentem

Aufugis inſpiſſo per dulcia gramina luco.
Quis tibi Nympha ferox, me ſignificauit euntem
Si fortuna meos ſemper quę amplexa labores
Inſequitur, me me eſſe refert ne credere cures
Nam fallax,& cauſa fuit certiſſima fraudis
Multoties, quando infelix vaga ſigna ſequebar.
Siſte gradum, celeri curſu ne corda fatiges,
Sique fugam ſimulas, ne te mea dextera tangat,
Sors mihi iniqua fuit ſemper, quæ coget amantem,
Vt quamquam ſperes, nunquam veſtigia poſſim
Ipſe tenere, gradus Ephyre ô tu ſiſte, laboris
Reſpice nec tãdem nemoris pulcherrima Nympha
Aſpiciam quem forte modum fortuna requirat
Vt te non tangam, nec debita pignora ſoluas.
O non me fugias! ſic nunquam tempus auarum
Conſumat tua membra,tuos nec conterat annos.
Solum namque leuem facias ſi candida greſſum,
Fortunæ validum ſuperabis robur iniquæ.
Quis Rex inuitus,vel quisnam exercitus vnquam
Illius rigidas poterit confringere vires?
Nã cum vota meũ ducebant mollia pectus,
Me quoque terribili torquebat perfida morſu
Fortunam ſequeris contra me? debilis ille eſt,
Qui Regi auxilium præbet,vireſque potenti.
Cor trahis ingenti, dum curris pondere preſſum,
Solue,precor,leuius fugies,nam pondere tardat
Mens mea,quam crinis fulgentia fila ligarunt.
An poſtquam vinclis illam tu dira ligaſti
Fortunam mutare meam vis? ponderat ipſa
Sic minus? hac te ſpe dumtaxat perſequar ipſe

Illius non dura feres nam pondera, ſidus
Si tua non facies candens mutauit iniquum.
Quod ſi mutatum fuerit,te,Nympha, Cupido
Percutiet,tuque ipſa fugam percuſſa tenebis.
Et ſi me ſperas,ſpero nihil amplius. Illa
Iam non carpit iter, ſiſtit, dulceſque querellas
Gaudet ab ore viri audire,& iam blanda ſereno
Aſpectu voluit vultum,ac placidiſſima riſum
Emittit,lætoque animo iam corruit,ille
Victor agit clarum crudeli ex hoſte triumphum,
Lætitiaque diem abſoluit,propriãque dicauit
Connubio ſtabili Nympham,tunc cætera ſponſos
Arte cohors ſimili celebrat,ſua tempora ſertis
Et lauro intextis,auroque,& floribus ornant.
Vna Thetis,cui tota genu flectebat ouantum
Nympharum turba, hæc cœli, veſteque pudicæ
Sanguine nata fuit,ſublimem munere Gamam
Illuſtremque ducem recipit,pompaque ſuperba,
Hoſpitio inſigni fortes Regina quietum
Accipit in Luſos animam, mentemque benignam.
Poſteaquam longa repetens ab origine clarũ
Et genus,& nomen, miſiſſe immobile fatum
Se quoque ſignificat,ventura in tempora caſus
Vt narret,ponti,terræque incognita ſphęræ
Demonſtret ſe cura ſuis myſteria Luſis
Nota futura,ducem ad ſublimia culmina montis
Ducit,chriſtallo,auroque palatia texta
Surgunt.Hîc Regina graui iam ſaucia cura
Lætitia totam magna conſumere lucem,
Atque hilari ſtatuit cantu,fruiturque hymenæo.

Accepto, arboreis reliquæ feſtiua ſub vmbris
Gaudia percipiunt: inter viridantia campi
Gramina,iocundis metuenda pericula Luſi
Compenſant factis,nam mundus digna reſeruat
Præmia magnanimo Heroi,qui robore longo
Exercet vitam,diriſque laboribus audax
Obiectat pectus, clara & ſuper æthera fama
Ducitur,atque ſuum caput inter nubila condit.
Nam Nymphæ Oceani,Thetis & pulcherrima,picta
Inſula,nil aliud quam ſæui Martis honores,
Sublimes clarum tollēt qui ad ſydera nomē,
Et decus excellens,bello partique triumphi,
Et palma inſigni,redimitaque tempore lauro,
Significant notæ celeberrima gaudia terræ.
Numina quæ quondam ſic immortalia priſci
Effinxere viri, nitida & ſtellantis Olympi
Conſtituere domo,atque inter radiantia cœli
Sydera donauere locum,ſublimibus auſis
Inſignes mundi Heroes,factiſque fuerunt;
Nam Mars horrendus,Mercurius,altus Apollo,
Iuppiter,Æneas,Pluto,Neptunus,& ipſe
Bacchus,flaua Ceres, Pallas, Iunoque,Venuſque
Natura humani,fragilique ex carne fuerunt,
Fama tamen pulchris ſublimia facta coronis
Ornauit,celebriſque dedit generoſa Deorum
Nomina,& indigetes falſo, Magnoſque vocauit.
Vos igitur veſtrum cupitis qui extollere nomen,
Immenſum,ſi veſtra etiam volitare per Orbem
Vultis facta,animos ignauo ſoluite ſomno,
Ponite auaritiæ cohibentia fræna cruentæ,

Et

Et cæca ambitio nunquam præcordia telo
Impetat, & vitium horrendum, turpiſque Tyrannis
Abſit, nam verum nunquam vitioſa valorem
Mentibus acta dabunt, melius namque illa mereri
Quin habeas, quam ſi meritis ſine callidus vllis
Poſſideas: in pace etiam componite leges,
Ne rapiant humilis magnates præmia plebis,
Martia vel contra Mahometica dogmata fortes
Induite arma, ferus timeat iuga turpia Maurus.
Tunc meritas capietis opes, tunc nomina, honores,
Et famam illuſtrem multis retinebitis annis,
Et Regnum excellens opibus, Regemque potentem
Conſiliet, gladio, ſæuiſque augebitis armis.
Sic inter claros Heroes Inſula pulchræ
Vos capiet Veneris, iocundaque gaudia reddet.

LVSIADVM LIBER X.

ARGVMENTVM.

HOc vltimo libro narrat Poeta, quemadmodum Thetis ad montem excelſum duxerit Præfectum Vaſcum da Gama, ac in ſphæra ei totum fere orbem, præſertim partes Aſiæ, Africæ, & Americæ monſtrauerat. Numerat etiam Proreges, qui ad certum tempus Indiacum ſtatum eximie gubernarunt.

I.

IAm Lariſteæ Phæbus præclarus Amator
Inclinabat equos magnam ad demore paludem
Finibus occiduis, latis quam ambagibus ornat
Themiſtitanus diues, Zephyruſque refrænat
Ingentem Solis tenui genitabilis aura
Ardorem, ſtagnis quæ naturalibus vndas
Criſpat, & inſolito recreans vernantia flatu
Lilia, quæ nimio Phæbi ſplendore grauantur,
Cum Nymphæ pulchræ, quas & ſociantur amantes;

Conformi

Conformi ſcandunt aurata palatia mente.
Miſerat has Regina Thetis,quæ prouida mentis,
Et dapibus multis,vinoque pararat olenti,
Corporis vt fragilis reſtaurent robora nautæ;
Tunc vitreis ſolio,nitidiſque ſedilibus ambo
Fœmina,virque ſedent,ſedet & pulcherrima lati
Regina Oceani,laterique inſignis adhæret
Gama,ac Ambroſia,diuino & nectare menſas
Implet,quas quondam non fama Ægyptia vincit.
Hic fuluo ex auro portantur fercula gemmis
Ornata,eximia quas condit Athlanticus aluo
Theſaurus,vincens vinumque ſopore falernum
Italicum,& claram quam magni numina cœli
Ambroſiam decorant vaſis, quæ callida fuſtra
Abradit lima, inſigni grataſque colore
Extollit ſpumas,placido quæ gaudia cordi
Blanda mouent,& feruet aquæ dulcedine mixtum,
Mille agitant lætos ſermones,dulcia multos
Verba trahunt riſus,dicteria mille ſequuntur,
Quæ lautas inter menſas,ac fercula mentis
Exacuunt, deerant nec muſica cantica metro
Compoſita eximio,varijs requieſcere pœnis
Queis poterunt animæ ſtygijs Acherontis in vndis.
Nimpha Thetis dulci modulatur carmina cantu,
Conformàntque lyris,plectris, cythariſque canoris
Diuerſæ voces,quas alta palatia certo
Tempore,& æquali reſonant laquearia paſſu,
Imponit tumidis occulta ſilentia ventis,
Dirigit & lento fluuiales murmure lymphas
Vtque ſuis capiant animalia bruta ſoporem

Sedibus,

Sedibus,& placida potiantur cuncta quiete.
Melliflua tollit claros ad ſydera voce
Heroes,ſupera qui nondum luce fruuntur,
Quorum facta globo conſpexerat ipſe rotundo
Protheus in ſomnis,dum Iuppiter omnia vati
Demonſtrat,tumido certo quod poſtea Regno
Vaticinatus erat,fixa at conceperat illa
Mente Thetis,dictumque ſuo tunc ordine cantat.
Materiam pelago nouit quam Nympha profundo
Non abiectus agit ſoccus,verum arte cothurnus
Mirifica,qualem nunquam cognouit Iapas,
Nec Domodocus,alit quem terra ſuperba Pheacum.
Hic te Calliope labor vltimus inuocat,altum
Vt mihi feruorem tribuas placidiſſima, poſſit
Quẽ pene deperdit,mea cymba extendere curſum.
Decurrunt anni celeres, & fertilis æſtas
Præterit,Autumnus pulſat pede limina,præceps
Fortuna ingenium torquet,me maxima ducunt
Tædia lætheas ad aquas,turpemque ſoporem.
Aſt tu fructiferum menti Regina calorem
Influe,quo noſtræ decantem robora gentis.
Cantabat Dea pulchra Thetis,quod mitteret olim
Ingentes claſſes, multis Tagus aurifer annis,
Quæ mare ſulcarent,quod nunc Gama inclitus arte
Miranda dederat mundo,ratibuſque ſupremis
Scindere iam poſſent homines,quæ vincere ripas
Oceani Indiaci violento Marte valerent.
Quaſque etiam inuecti Reges, qui ſubdere diro
Colla jugo alterius renuent,fera vulnera dextra
Luſiadum,ferrum, furias,atque arma probantes.

Vel ſæuã oppeterent mortẽ,vel turpe ſuperb
Acciperent ceruice iugum,æternumque tributum.
Cantabat quod Rex quidam Malabaribus alti
Digna Sacerdotij qui tractat munera,ſacræ
Frangeret intrepidus ne fortia vincula pacis
Quam ducibus Luſis promiſerat, arduus vrbes,
Mæniaque,& campos,ferro,flammiſque cruentis
Comburi,atque ſuos pateretur pellere Regno,
Ardentemque odio Samorinum inuadere terras
Cochinas,diraſque ſibi tractare ruinas.
Cantabat quod læta ducem,qui vendicet omne
Damnum ex Bethlemicis tunc Portugallia ripis
Mitteret inſignem Luſum Mauortis Achilum
Æmulum,& Oceano ſentiret pondera curuum
Lignum,cum primum nauem Mirandus onuſtam
Scanderet, Indiacis minitans crudelia campis
Exitia,& falſo Samorinæ prælia Regi,
Vtque etiam tangens Auroram clara Pachecus
Littora in auxilium Cochini ac arma relictus,
Stipatus paucis ſinuoſi in faucibus amnis
In Cambalano Naires euertere paſſu
Debet,& immenſi rapidas fulgentis Eoi
Reddere iam gelidas nimia formidine flammas,
Quas ſibi concipiet,quod paucos prælio Luſos
Contra tot videat fortes exire phalangas,
Et tot ſolennes portare ex hoſte triumphos.
Maiores acies Rex congeret,ecce Bipuris
Rex veniet,cunctos ad bella horrenda vocabit
Tannoris dominus,Narſinguæ ex rupibus altis
Aduenient celeri metuentiaque agmina curſu,

Accingent gladios, & ſcuta horrentia Naires
Magna Calecutij, Cananoris & arua colentes.
Denique Gentiles terris, & in æquore Mauri
Prælia committent truculento Marte feroces,
Quos iterum atque iterum ſublimi corde Pachecus
Deſtruet, & mittet diras Acherontis ad vmbras,
Et terra, medioque mari tot ſtragis aceruos
Dextra dabit, paruo vt lateat Malabaris in antro.
At mora nulla, ſuas animoſo corde cohortes
Reſtituet Rex ille iterum, Luſoſque laceſſet
Ad bellum, ſæuis & prælia viribus audax
Irrequieta geret, turpiſſima verba miniſtros
Conijcit in timidos, fallacia vota malignis
Promittens fatis, aris pia thura ſupremis.
Impia ſed magno non ſolum caſtra Pachecus
Robore defendet, verum loca, templa, domoſque
Ignibus accendet; furijs Malabaris iniquis
Rex, cum non videat laſſari pondere belli
Luſiades, imo proſternere mænia mortem
Atque inferre ſuis, horrendaque vulnera Nayris,
Incertæ cuneos mittit ſtupefactus auaros
Vitæ, vt Luſiades æquali tempore, binis
Paſſibus intrepidi metuendo robore tentent.
Sed dux magnanimus robuſto & corde Pachecus
Omnia percurrens, volucrique ſimillimus Euro
Deſtruet innumeras acies, Regemque fugabit,
Namque aderit timidis diro in certamine Nayris
Vt vocet ad pugnam, trepidanti & robora menti
Addat, at ingenti ſonitu bombarda cruentum
Dira globum mittens rorabit ſanguine frontem.

Non vis ſufficiet, non horrẽs machina Reg
Deſtruet, & ſpernet magnus dux cuncta Pachecus
Et fraudes, falſoſque dolos, & vana venena
Inuen et, tenues vadent inuenta per auras.
Cantabat Dea pulchra ſimul, quod ſeptima laſſus
Prælia committet Rex, quæ miranda Pacheco
Signa metus addent, ſed nulla pondere ſæui
Ille cadet belli, diſcrimina nulla grauabunt.
Afferet ad dirum moles certamen iniquus
Inſolitas, nigro pice Rex, flammiſque cruentis
Sulphuris horrẽdo, vt poſſit cõburere parua
Quas audax nunquam potuit ſuperare, celoces,
Igniferas tumidis rupes dabit impius vndis,
Luſiadum vt claſſem crepitantibus ignibus vrat,
Attamen incaſſum caſtella horrentia mittet
In naues Luſas, nam dextra, ac arte Pachecus
Ingenioque vtens ingenti robore turres
Deſtruet, inſignem nullum ſuper aera fama
Duxit, quem ſuo non vincet Marte Pachecus.
Præripit hic palmas, ſuperat dux inclitus omnes,
Roma caput mũdi, victrix mihi Græcia parcã
Nam tot militibus paucos certamina ferre,
Totque dolos, falſi ſtratagemmata callida Martis,
Tot non imbelles Malabares vincere, vana
Fabula mendoſa narraſſe videbitur arte,
Vel quod de ſupero cœleſtia numina cœlo
Deſcendent, fortique dabunt metuentia Luſo
Robora, & auxilium, multaſque ad prælia vires.
Ille Maratoniis Darij qui Martia campis
Agmina deſtruxit, vel qui defendit Opacum

Therm

Thermophylæ paſsũ,dũ Xerxes Perſa Phalãges
Innumeras duxit,clademque & funera vidit,
Et ſtragem ingentem,quam magno robore geſſit
Ductor Græcus,ouans prędamque ex hoſte reportat,
Non etiam Auſonidum Cocles Horatius audax
Cum pontem in Tibrim coniecit, & inclita Romæ
Mænia defendit,neu Porſena Thuſcus opimam
Ingrediens vrbem rapido committeret igni.
Nec qui Romanam cunctando reſtituit rem
Fabius,æquarunt rara belli arte Pachecum.
At Dea dum caneret,cantũ depreſſit, eburnũ
Imbre rigans vultum, mæſtũque ex pectore prõpſit
Colla crinata ſonum,vocem impediente dolore.
O Bellizari (cantat) quem ad ſydera ſemper
Muſarum chorus extollet,ſi horrentia ſæui
Martis in expenſum vidiſti facta valorem
Perdere, nunc ſocius ſolamina certa Pachecus
Donabit. Meritis en gratitudine dignis
Præmia nulla tulit factis,cernemus vtrunque
Magnanimum Heroem ad tenues deſcẽdere ſtatus,
Pauperibns miſerã lectiſque abſoluere vitam.
Siccine Chriſticolæ faciunt hæc impia Reges?
Siccine & exuperans eſt pro ratione voluntas?
Siccine Rex blanda deceptus imagine forti
Arma feri Aiaci metuentia debita Achillis
Fœcundæ cauti linguæ largitur Vlyſſis?
Attamen horrifici male tú ſi præmia Martis
Rex in iuſte duci ſoluis, tibi regna feroci
Ille dedit dextra: claro dum lumine totum,
Dum rapido mundum curſu luſtrarit Apollo,

Fama ſuum ducet fulgentia ad aſtra valorem
Stigmate auaritiæ Regis maculabitur altum
Nomen, at in reliquis patriæ verum eſſe parentem
Pauperibuſque pium, viduæ & ſolamen egenti
Fama refert, nomenque vehit ſuper aſtra Ioannis.
Ecce alius, Dea Nympha canit decoratus honore
Proregis veniet, portabit pignus amoris
Ingentis natum, magno qui robore, vaſto
Oceano, & ſummo luſtrabit nomen honore.
Nullus Olympiaci ſtadij Romanus ouanti
Præmia digna feret, vincet ſua palma priores.
Et pater, & natus. Te, Quiloa Martia freti
Vaſtabunt fato, magnis prædiſque refertam
Diripient, Regemque alium fugiente tyranno
Ciuibus, ac populo donabunt ſponte timenti.
Quin etiam magnam ſtragem experietur acerbis
Mombaça excidijs, nam ſæuo diruta ferro,
Mæniaque ingenti flamma combuſta videbit.
Poſtea in Indiaca furioſis hoſtibus ora
In Luſos plena, mira Laurentius arte
Viribus intrepidis metuentia funera Mauris
Inferet, innumeras Samorini marmore naues
Subruet, & puppis diram prætoria cladem
Et rigido malo, & velis, duroque temone
Sentiet, & furijs iuuenis deſerta manebit.
Sed Deus omnipotens, cuius ſecreta caducis
Sunt ignota viris, ſolus qui nouit in ipſos
Facta referre hominum fines, qua nulla valebit
Vis, ſiue intrepidæ ſublimia pectora mentis,
Conſtituit iuuenem, vitæ vt non fata valeret,

Et

Et celſæ claſſis ſęuas euadere clades.
Horrida terribilis propè mœnia dita Chaulis
Dum mare ferueſcit, ferroque ac ignibus audax
Mirhocęnus, ouans & diro marte Meliquus
Fulgida fælicem mittunt ad ſidera mentem.
Robora Maurorum, qui viribus omnia vincunt,
Propitiæque auræ, iuueni quæ tempore certo
Deficiunt, vaſtique horrenda pericula ponti,
Inuicto mortem puero contraria ducunt.
Hic omnes proceres veniant, forteſque reſurgant
Auſonidū, hic Martis præcepta inſignia diſcēt.
Caſsius hic alius, robuſtus Scæua reſurgat
Qui neſcit vinci, ſit quanquam in fruſtula ſectus.
Ferreus ecce globus truculento vulnere coxam
Diſrumpet, teneri violentaque vincula ſoluet
Corporis, aſt iuuenis non horrida robora perdens,
Aut animum, fortes ad Martia prælia Luſos
Erigit. Ecce alius corpus globus imputet, arctis
Eripiet laqueis mentem, queis artubus ipſa
Corporeis religata fuit, tandemque volàbit
Sideream in patriā, qua præmia maxima victor
Accipiet, ſuperiſque virum Deus ipſe beabit
Sedibus, ipſius viſu mens ipſa fruetur.
Macte animi virtute puer, tua fama per orbem
Viuet in æternum, neque vlla iniuria cæci
Temporis, aut hominum ſcelerata in curia nomen
Delebit. Video venientem ad bella parentem,
Qui nati fœdam funeſta clade ruinam
Vindicet. Ecce ſonant tormenta ingentia pulſu
Conuerſo, horribili reſonat iam murmure pontus,

Iam ſtragem expectate feram Cambaya ſæui
Claſſibus,& diro Mameluci Marte feroces;
Iam iam Almeida venit Prorex,& funera nati,
Mæſtitiamque animo,furiaſque in pectore portat,
Corde micant flammæ,lacrymas pia lumina voluũt
Nobilis ira viri miſerabile nauibus hoſtis
Excidium promittit,onus tu Nile cruentum
Experiere,Indus cernet,Vagus audiet amnis
Ganges,ac nigrum fluere inter genua cruorem.
Non ſecus ac quando Veneris agitatus amore
Taurus dura parans certamina, cornua tenta
Roboris aut trunco, frondoſæ aut ſtipite fagi,
Atque probans rigidas clarum ferit aera vires.
Sic Almeida parens ſæuis ſe præparat iris,
Exacuens gladium tumidis ſe tradidit vndis.
Nauigat, & celeri curſu, portumque Dabulis
Ingreditur: turrita ruunt iam mænia, terram
Celſa vident, vrbis præceps audacia Luſi
Magnanimique cadit dextra: iam cuncta ruinam
Aſpiciunt, ferus ille ſinum, portumque Dienſem
Intrat ouãs,ſpargit fragilẽq; per æquora claſsẽ
Salſa, Calecutium vaſto diſcrimine ponto
Sentiet, & mira depreſſas arte Triremmes.
Sic etiam nauem excelſam, qua ducitur atra
Cautus, & infauſta ſceleratus fraude Meliquus
Ictibus horriſonis, quos tu Vulcane feroces
ſpargis, ad ima maris iactabit viſcera prorex.
At Mizhocænus vehitur qua, bellica naues
Irruet in noſtras, furioſaque fulmina ſpectans,
Brachia corporibus ſine, formidanda per vndas

Corpor

Corpora præciſis manibus pedibuſque volare
Cernet: & ò quantum auditus, & humida damnũ
Lumine præcipiens, ferrum, flammaſque coruſcas,
Et fumũ horrendum, diros fremituſque gementum!
Prohdolor illa canit caſum (miſerabile dictu)
Nam dum Almeida Tagi celeri petet oſtia curſu,
Æternam rapiet famam mors inuida, ſæuam
Illa parat mortem heroi, quem prodiga totis
Viribus haud potuit ſtigias dimittere ad vndas
India, vel Nili ſinuoſo flumine diues
Ægyptus, Lybiæ nam promontoria Nimbis
Obſita, & horrificis late vexata procellis,
Oſſibus Almeidæ tribuent deſerta ſepulchrum.
Hic Cafrum immanis proles hac luce ſupremum
Priuabit truculenta ducem, quem Martius hoſtis
Vincere non poterit, ſuperat nec lætifer arcus,
Ferreus aut globus, Æthiopum execrabile vulgus
Stipitibus duris agitans, ſudibuſuè præuſtis
Proſternet, Lybicis Almeida manebis arenis.
Sunt occulta Dei miſteria, vana vetuſtas
Fata vocat, miſerã ſortem, parcamq; ſiniſtrã,
Cum tamen immoti ſit prouida dextra Tonantis.
Hic vocem læto ſonitu Nympha extulit. Euge
Euge ait, aſpicio clarum luceſcere ſidus
Cunha ferox Lamas, ac fortia mœnia Brauæ,
Atque Oiæ horrendæ violento ſanguine tinget,
Et melindanum litus; non tempore longo,
aut ætate hominum extinctum, pelaguſque ſubactũ,
Quod lauat æquoreis Auſtrinas fluctibus oras,
Queis dedit inſignem titulum Laurentius igne

Pro Chriſto ardens, fideique accēſus amore,
Nunquam nomen erit Cunhæ. Lux altera mundo
Lucet, & hic nitidis eſt Albuquerquius armis
Conſpectus, furias ponens Ormuſia proles,
Et Rex, & proceres Luſi ceruicibus altis
Imponent iuga celſa ducis; collumque ſuperbum
Parcius Alfonſi dextræ ſubiecit, iniquos
Cum videt in Mauros conuertere puncta ſagittas,
Nec ſalis excelſi diro in certamine montes
Corpora defendent corrupta per æquoris oras,
Maſcatis, Calaiatis aquas, Ormuſiaque alte
Littora ſalſa iacent, donec diſcrimine vitæ
Imperiique iugo diſcant ſua ſubdere colla
Regibus, & Luſis dirum cogantque tributum
Soluere Barennicas ſtabilito fœdere gemmas.
O quam victrices video contexere palmas,
Inclita queis lætam decorat victoria frontem,
Quando vrbs clara Goæ ſubdet ſua ſæua feroci
Signa duci; quando diro illuſtriſsima Marte
Ingreſſum tribuent metuendis mœnia Luſis.
Quamquā conſilio parens tunc ipſe relinquat
Ingentem prædam, & munitam turribus arcem:
Poſtea ſed vincens fortunę incommoda, forti
Robore, & arte furens, & multa pericula temnens
Vrbem diripiat ditem, ſtatuatque ſupremum
Indiaci caput Imperij, ſedemque potentis
Proregis. Te ſancta facit Catharina miniſtram
Auxilij cæleſtis, amor te, Ægyptia, coget:
Namque tua nitida capietur luce ſecundo.
Nec furias huius fugies inſignis in orbe

Vrbs

Vrbs opulēta ducis, prædiſq; referta Malacha
Argenti, atque auri, quanquam te aurora ſuperbam
Proferat, Eoi his & Emporia mundi:
Ecce venenoſas, quas tu Maleſuada ſagittas
Feciſti, infeſtoſque criſes, quibus vna reſiſtis.
Robuſtoſque Iaos, flamma veneriſque Maloios
Accenſos validi ſubdet fera dextera Luſi.
In laudem herois cantaſſet carmina Nympha,
Siſtit at aſpiciens facinus quod percitus ira
Alfonſus faciet, paulo illuſtriſsima tanti
Nomina clara ducis maculabit, robore magnus,
Et factis, proprio qui æternam ſanguine famam
Comparat, eſſe ſuis debet mitiſsimus, iras
Deponens, Iudex non ſæuus, & integer, vrget
Præſertim cum dura fames, morbique, ſagittæ,
Et locus, & tempus, metuenda tonitrua, venti,
Atque alia exercent grauibus comitata periclis
Damna viros animis ad bella cruenta paratos,
Sylueſtres mentes, inhumanaque pectora ſolum
Extremam tali pœnam pro crimine reddunt,
Quod fragilis natura petit, cęcuſque cupido.
Non culpa inceſtum, non deteſtabile ſtuprum
Virginis aut puræ; nunquam implacabile triſtis
Fecit adulterium miles, crimenve nefandum,
Sed iuuenis miſeram ancillam ad connubia ducit
Turpia, ſiue animus, quem caſta modeſtia tractat,
Seu nimius zelus, ſeu cæca inſania mentis
Crudelis moueat, ſi non furioſa refrænat
Pectora, tartarea maculat nigredine famam.
Nouit Alexander victum Camphacis Apellem

Igne Cupidineo, cum non diſcrimina vitæ
Oppeteret, fortis ſequeretur & ardua miles
Caſtra, nec obſidium toleraret nobile duro
Pectore, in vxorem pictori tradidit, arcto
Et tamen illius fuerat concuſſus amore.
Panthea magnanimi ſenſit Rex Cyrus Araſpæ
Inflammaſſe animum, quam verbo, & pectore fido
Seruandam acceperat, cæco & promiſerat igne
Non fore vincendum, facilem prudenter amico
Attribuit veniam, caſuſque vocauit in omnes
Inſignẽ Heroem: vi pulchra Iuditha maritũ
Baldoinum accepit ſublimem robore: caſum
En pater illius tolerat, generumque potentis
Conſtituit Dominum terræ quæ Flandria noſtris
Temporibus fertur, multos hanc rexit in annos:
Proſequitur poſt Nympha ſuũ pulcherrima cantũ,
Cantabatque grauem venturum ad ſæua Soarem
Littora, quodque Arabum rubras vexilla per oras
Tolleret, atque Indas dira formidine terras
Impleret; tantum capiet Medina timorem,
Quãtũ Gidda ferox, atq; impia Mecha, remotis
Littoribus quatiet locuples & Abaſſia pectus,
Barboræ fata timet mala, quæ nunc Zeila gemiſcit.
Ipſaque Taprobanæ nunc nobilis Inſula, priſco
Nomine nobilior, precioſo cortice clara
Ex illo ſoluet Regi ſubmiſſa tributum
Luſiadum, poſtquam validis metuentia muris
Extolli vexilla ſuis conſpexerit, arcem
Horrendoque feram deuinci Marte Columbum.
Magnus Erithreras latum Siqueira per vndas

Pandet

Pādet iter, Sabbæ, & Candacis nomine quondā
Imperium ſummum cernet, plenamque Macuam
Ciſternis, Arquicum, & portum nauibus aptum.
Inuenietque alios ſemoti in partibus Orbis,
Qui noua monſtra ferunt immēſo incognita mūdo.
Poſtea Meneſius veniet, ſæua Africa cuius
Plus prius experta eſt, quam poſt fuit India ferrum.
Illa ſuperba caput tellus Ormuſia ſubdet
Heroi, locupletem vrbem cogetque tributum
Soluere maius. Ouans etiam tu Gama nitentes
Aurorę ſedes animoſo corde reuiſes,
Et Gomitis titulum portabis, & Indica Prorex
Sceptra geres, Gamæque iram fera regna timebunt:
Verum fila tuæ ſcindet Parca inuida vitæ.
Meneſius iuuenis te parua ætate ſequetur
Aſt animo ſenior, nomenque ad ſydera tollet
Æternum, forti dabit hic fatale Panani
Exitium, diramque ſuam Caluete ruinam
Portabit, cladeſque feret Malabaribus oris,
Nec bombarda viro nocuit, nec maxima claſſis
Copia; virtutem amplexus ſuperabit iniquæ
Carnis opus, cæcæ nullaque cupidine ductus
Vicit auaritiæ crimen, duxitque triumphum,
Lubrica quod iuuenis teneri non poſtulat ætas.
Sed poſtquam inſignem animā clara aſtra vocabūt,
Maſcaregna locum capiet; quāquam impia ſceptrū
Vis rapiat, nunquam nomen tibi fama negabit
Æternum; tua belligerus fateatur vt hoſtis
Robora, fata viro regalia ſceptra dedére.
Poſtquam victor eris, redimitaque tempora lauro
Duces Bintani Regnum, quod damna Malachæ

Intulit, & multos confecit bella per annos,
Auferet vna dies, tantoque valore iacebit
Maſcaregna tuo, metuenda pericula vinces,
Anguſtoſque lacus, & ferrea ſpicula, valla
Horrida, turritis & propugnacula muris,
Et gladios, haſtas, & tela minantia mortem.
Sed cæca ambitio, nigranti & fronte Cupido,
Quæ manifeſta Deo vultus opponit iniquos,
Magnanimum merito priuabit honore miniſtrum,
Nulla vituperia Heroi, ſed triſtia reddant
Tædia; qui duris æquo eſt iniurius armis
Non vicit, nam vera ſuam victoria palmam
Integritate locat, nuda & iuſtitia ſeruat.
Attamen excelſum Sampaium robore, nullus
Nouit, qui Martis funeſta pericla, negabit.
Hoſtibus en pleno demonſtrat in æquore fortem
Eſſe, quod innumeras naues depreſſit in vndis.
Ecce etiam, ſæuo Malabari incommoda latum
Ingrediens portum Bacanoris, & horrida Mauris
Funera reddet ouans, queis tandem territus omnes
Victori tradet Maurus Cutiale Triremmes.
Sic etiam claſſem, quam mittet ſæua Dienſis
Inſula, quamque feram merito robuſta Chaulis
Arx formidabit, medijs in marmoris vndis
Viribus inſignis perdet Syluerius Hector,
Hector Luſus erit, quem largo Martia ponto
Cambaicis forti facturum damna carinis,
Et cladem ingentem dexter Guzaratibus oris
Fama notat fere Cambayæ, crudele flagellum,
Sicut tu quondam Græcis Troiane fuiſti.

Sampaio tu Cunha duci,qui tempore largo
Indiaci imperij clauum tractabis,amico
Omine ſuccedes,& mænia clara Chalenſis
Extolles arcis,tua dum violenta tremiſcit
Arma Dio,ſua ſigna tibi Baſſanica ſubdet
Inſula,purpurei ſpumantia flumina fundes
Sanguinis,& furias fugiet Melique ſub antris
Seſe abdens montis,Luſi queis viribus altis
Aſpicit immenſo diſpergi robore vallum.
Poſt Cunham veniet ſenior Norogna,Dienſi
Qui validos fauſto Rumes ex arce fugabit
Omine,quos mira excellens Antonius arte,
Roboreque,eximio frænat Syluerius aſtu.
Pallida at in fortem tandem ſua tela parabit
Parca ſenem,mens clara petet rutulantia cœli
Sydera,Gama tuo video iam aſcendere trunco
Virgultum excellens, cum primum ſceptra tenebit
Stephanus ingentem,robuſto pectore claſſem
Inſtruet,& rubro conuertet pallida ponto
Æquora,& horrificum capies tu Turca timorem.
Poſtque tuum natũ, Martinus Souſa ferocis
Nomen Martis habens,& robora ſceptra potentis
Accipiet ſtatus,quem poſtquam aſpexit ouantem
Braſilica,& claros referentem ex hoſte triumphos,
Et terra,& ponto ſolitum deuincere gallum,
Poſtquam etiam Indiacæ præfectus maximus oræ
Ingreditur magnam Damani,& diripit arcem,
Nec tamen impediunt flammæ,diræque ſagittæ.
Poſtquam etiam diues Cambaia fœdere certo
Sanguinolenta dabit veſtris Rex mœnia Luſis,

Vt ducis auxilio valeat defendere regnum,
Perdere & horrifici M·tuentia caſtra Mogoris,
Poſtquam magnanimo, nemetas tranſeat audax
Ille Calecutij Regni, diuiſque cateruis
Impediet, retroque ſuum contendere curſum
Coget, & indomitus Repelinam deſtruet vrbem,
Et miſeros ciues, miſerum Regemque fugabit.
Poſtquam etiam facinus faciet, memorabile iuxta
Celſa Camorini dux promontoria Ponti,
Horribili afficiet Samorini clade triremmes,
Quas Cutiale regit, ſublimis robore, & arte
Mentis, qui totum deuincere nauibus æquor
Haud dubitat, flamma accendet, ferrique furore
Deſtruet, & ſtrages etiam Bedeala v debit.
Ad ſummum veniet regimen, ſceptrumque ſupremi
Imperij capiet, neque vlla pericla timebit,
Namque timent omnes Martini robora Reges
Finitimi, ſolum dirum funeſta potentis
Batica lata manus uoluit tentare flagellum,
Sanguine nigranti fædata cadauera muros
Æquāt, ſparſa manent metuēdis mænia flāmis.
Huic poſt conſilio, virtute, & ſanguine clarus
Succedet Caſtrus, qui ſigna illuſtria Luſi
Extollet ſemper Regis non viribus impar
Martino, forti dextra qui dira Dienſis
Mænia conſtruxit, Caſtrus conſtructa tuetur.
Ecce feri Perſæ, Mauri, ac fortiſsima Rumum
Progenies, queis magna dedit, ſi fama ſuperſtes
Vera refert, quondam clariſsima nomina Roma,
Conueniunt, atque aliæ vultu, rituque, modoque,

Diuerſæ,

Diuerſæ, & vario certantes robore gentes,
Vt diro obſidio, truculentam & viribus arcem
Obſideant, multiſque premant fera mænia damnis,
Vocibus incaſſum cæleſtia regna laceſſent,
Quod pauci terram accipiant, captaque fruantur.
Iura dabunt omnes ferali fædere, Luſi
Tingendos crines, barbas, atque ora cruore:
Mas caregna viris grauibus comitatus, amabant
Qui læti diram ſæuo in diſcrimine mortem,
Tartareos valido baſiliſcos, atque leones,
Trabucoſque feros, ſphæras, diroſq; camellos,
Occultas terra truculento ſulphure foſſas
Viſceribus, Martis varia inſtrumenta ſuperbo.
Robore ſuſtentat, donec ſublimia Prorex
Auxilia importet Caſtrus duo pignora mittens
Et duo terrifici metuentia fulmina belli,
Funeſtę non digna necis, tamen immemor offert
Illa pater morti pro Chriſto, & Rege potenti
Vt proprio charam ponant cum ſanguine vitam,
Fernandus viridis ſublimi ex arbore ramus
Cum flamma erumpit viuacia ſulphura tangens.
Et rumpit muros, ruptoſque ad ſidera tollit,
Magnanimus Iuuenis rapitur per inania, cæli
Mens facili motu fulgentia regna petiuit;
Aluarus Hibernis quandó tonat imbribus aer,
Æolus horrendos mittit de carcere ventos,
Et Neptunus aquas metuendo turbine miſcet,
Carpit iter vincens vndas, furioſa virorum
Agmina Luſiadum ducit, certamina leto
Dira parat campo, ſociat ſapientia fortem

Celſa

Celſa ducem,roburque ſimul,iã prælia Mauor
Miſcet, & ecce vrbis ſcandunt ardentia portis
Mænia neglectis, alijque per agmina rumpunt,
Geſtaque tunc faciunt,quæ nunquã fama per orb
Duxit,Muſa ſuo quæ nunquam carmine pinget.
Poſtea ſe campo celſæ viridante Barochis
Cambaiæ Regis victor fortiſſimus offert.
Rex fugiet,fugient equites,fugientque phalanges
Maurorum vires Caſtri,male littora ſeruat
Dirus Hidalcamus tentans,nam ſæua Dabulis
Mænia cõburit,vaſtatque arua inclita Pondę
Hos alioſque viros æterno nomine dignos
Sydera ad alta ſuis deducet fama ſub alis.
Horridaque in terris imitantes robora Martis,
Verrentes tumidas victricia ſigna per vndas
Hoc hilari capient lætiſſima gaudia portu.
Inuenient Nymphas,& plenas nectare menſas,
Gloria queis fulgens,celebreſq; probãtur honores.
Sic Dea bella Thetis cantabat.Cætera lætum
Nympharum formoſa cohors dat pectore plauſum.
Iocundo,& miro ſonoroſas ordine voces,
Et celebrant claris Hymenæos cantibus omnes,
Egregioque hilares modulantur talia verſu.
Magnanimi Heroes,quamuis male fida reuoluat
Inſtabiles fortuna rotas,valor inclitus, audax
Spiritus,& toto nunquam fama ardua mundo
Inuictis deerit,nec maxima gloria Luſis.
Poſtquam epulis ſaciata fames,& Nympha virorum
Facta futura ſuis modulata eſt vocibus, ipſa
Pulchra decora Thetis nimium,grauitateque rara

Fælicem

Felicem alloquitur Gamã, ſicque ore profatur.
Percipe me,ſuperi ſapientia ſumma Tonantis
Concedet,vir magne tibi,quod corporis ipſis
Luminibus videas, quæ cæca ſcientia vaſti
Non reſerare poteſt miſeris mortalibus Orbis,
Ardua nec celſi myſteria pandere cœli.
Me ſequere,atque alij per amæni culmina montis.
Talia dicta dedit,placido & pulcherrima vultu
Per nemora alta viros, perque aſpera compita rupis,
Per que loca humanis pedibus non peruia ducit,
Nõ multũ progreſſa viæ Thetis inclita Luſos
Duxerat, excelſi cum ventum ad culmina montis.
Inueniunt viridi decoratum gramine campum;
Ditibus ornatum gemmis lucente Smaragdo
Chryſolitoſque alijs fuluum referentibus aurum.
Ecce globum, aſpiciunt pendentem ex aere claro,
Quem penetrat lumen,conſtantique ordine centrũ,
Apparet ſicut nitidis ſe monſtrat ad extra
Summa ſuperficies oculis; qua conſtat aperte
Materia nemo ſpeculatur, nam orbibus ipſe
Conflatur varijs, quos alta potencia claros
Compoſuit, centrumque illis dedit omnibus vnum:
Voluitur, & faciem mundo demonſtrat eandem
Semper, & ætherea finit, ſiue incipit arte,
Omni ex parte ſui, atque æquali pondere circum
In ſe ſubſiſtens perfectus, & vndique tanto
Archetypo ſimilis, totum qui condidit orbem.
Gama globũ aſpiciens ſtupet, at pulcherrima ouãtẽ
Excitat illa ducem, dum talia pectore prodit.
Exemplar paruum, paruoque volumine; ductor

Optime;luminibus trado,vt tibi certa futur
Signa viæ videas, certum videaſque regreſſum.
Ecce tibi obijcitur mirandi machina mundi,
Quæ ſurſum poſita eſt,quæque eſt decorata coruſci
Syderibus,quam ſumma Dei ſapientia certo
Ordine perfecit,qui nullo clauditur orbis
Fine,ſed immenſum ſolus circundare mundum,
Excelſas cœli tractareque nouit habenas.
Hic primus reliquos ſinuoſis circuit orbis
Ambitibus totus radianti luce refulgens
Aſpectum humanũ,& mentẽ lumine cæcat,
Dicitur Empyreus,quo clara ſede morantur
Fælices animæ,cernunt faciemque Tonantis,
Qui bona ſumma tenens ſolum ſe intelligit vnum,
Nulla creaturis cuius reperitur imago
Expreſſa,hoc cœlo Empyrio ſunt vera beatis
Numina conſociata animis,nam Iuppiter audax,
Bacchus,& alma Venus,Iuno, Ianuſque, Saturnus,
Atque ego mortales fuimus,nos fabula cœlo
collocat,ac ſolum quod carmina dulcia condant,
Numina noſtra iuuãt Vates,vel nomina claris
Imponant ſtellis,queis fulgida ſydera norunt.
Siue etiam quia ſancta Dei mens prouida falſi
Rite Iouis vacuo demonſtrat nomine,celſius
Nam Deus immenſum per mille piiſſima mundum
Agmina ſpirituum tractat, ſic pagina multis
Sacra docet libris, & ſacro carmine cantat
Pſalmographus vates, multi & docuere prophetæ,
Et qui certa Dei ſeruarunt fœdera ſumma
In pietate manent,decorat pia gratia mentes,

Auxilium-

Auxiliũq; homini præbent,certumq; fauorē:
At qui decepti truculenti fraude draconis
Atque Acharonteæ ſunt miſſi ad regna paludis
Nos torquent, & ſæpe premunt, & ad impia tentant
Crimina, & important homini mala cuncta caduco.
His igitur variat modo quæ pictura docendo,
Et modo cum mæſto Præbet ſua gaudia cordi,
Nomina dat, quæ falſa dijs antiqua poeſis,
Fabulaque ipſa dabat, nunc pagina ſacra ſupremos,
Angelicoſque choros, dignatur nomine ſacro
Sæpe Dei, ſtigijs & qui torquentur in vndis
Non negat hoc nomen, ſed falſo incredula quondā
Impoſuiſſe viris læthali crimine fœdis
Secula, & immerito ſuffiſſe altaria thure.
Eſt Deus omnipotens ſolum qui ex arce ſuprema
Attribuit cauſis influxum ſponte fecundis,
Vt terrena regant, ac inferiora gubernent.
Ille Deus tantum celebri ſe nomine dignat.
Vtque ad diuinæ redeam miſteria dextræ
Sub cælo empyreo, quod fixa immobile ſede eſt,
Æquali ſemper currit, motuque citato
Alter, & hoc rapido ſecum quos continet orbes,
Arripit,atque huius raptu ſol aureus orbi
Dat noctem, claraſque dies. horaſque viciſſim.
Circuit hic alium lento vertigine ductum,
Tam lento graditur curſu, talique cietur
Motu; quod nitidus dum fulgida lumina Phæbus
Oſtendens mundo, curſus parat ire ducentos,
Hic piger, & Lentus paſſum vix conficit vnum.
Aſpice ſtelliferum cælum, varijſque coruſcans

Syderibus, quæ clara ſuo ſe ſe axe reuoluu
Et ſimul excelſi voluuntur motibus Orbis.
Quem que etiam nitido decorat zona aurea vultu
Biſſenas tenet illa feras,quæ fulgida Phæbi
Lumina concipiunt. feſſoque habitacula præbent.
Aſpice picturas,alia quas parte figurant
Sydera fulgentem Cynoſuram ac aſpice currum
Andromedam proprium patrẽ,ſæuumque dracon
Caſſiopeia ſuum demonſtrat vt ardua vultum,
Et formidandos geſtus Orionis iniqui,
Et leporẽ,atq; canes,moriẽtẽque aſpice Cygni
Atque Lyram dulcem,celerẽ quoq; cõſpice nauen
En firmamentum cœlum domus vna Saturni
Subſequitur,motu rapitur mox Iuppiter almus,
Poſtea Mars currit bello præfectus iniquo,
Ordine flammiferus quartã Sol occupat ædem,
Deinde Venus varios quæ ſecum ducit amores,
Facundus nitidum rapit Cyllenius Orbem,
Tum demum apparent tria Virginis ora Dianæ,
Omnibus his curſus diuerſos orbibus altus
Indidit ipſe Deus mundi melioris imago.
Nãque graui hos cernes,celeri hos vertigine volu
Nunc centrum aufugiunt,volucriq; volumine fix
Nunc terrã inquirunt, ignitamq; aſpice ſpheram
Aeraque, ac tenues gelidis cum nubibus auras,
Queis mare & vnitum tellus facit vnica centrum:
Hoc hominum centro ſedes ſpacioſa paratur.
Aſt illi audaces non ſolum maxima terræ
Damna ferunt,verũ inſtabilis maris æquora Verri
Aſpice diuerſas partes, quas diuidit vnda

Oceani, variæ gentes qua ſede morantur,
Et varias leges, diuerſaque dogmata, reges
Diuerſos, varios mores, veſteſque, modoſque.
Aſpicis Europam Chriſti præcepta ſequentem
Viribus illuſtrem, virtute ac arte regendi?
Aſpicis, & latam Lybiam, quæ ſemper auari
Auri inculta manet, brutis monſtriſque referta?
Occultata viris, & promontoria cernis
Quæ natura potens gelidum conuertit ad Auſtrum?
Aſpice barbariæ cæca plenam vndique terram,
Aſpice & Imperiũ latum, regnumq; ſophalæ
Quod gens nuda colit, ſylueſtris & aſpera ſceptrum
Benomotapa gerit, quo celſi rector Olympi
Gonçallum Domini pro nomine funera Chriſti,
Et probra atque alapas & dura flagella ferentem,
Conuocat ad nitidi rutilantia ſydera cæli,
Excelſumque caput ſertis radiantibus ornat,
Hac ora ignota precioſum naſcitur aurum.
Aſpice vt ex largâ, qua nunc caput exeris vndis
Nile, ſuas etiam ducat Guama, palude.
Aſpice vt Æthyopũ pateãt habitacula, charæ
Nulla eſt porta domus, fida eſt vicinia cunctis.
Aspice & obſcuræ Cuneos, atque agmina gentis
Non ſecus ac acies Turdorum celſa ſophalæ
Mænia concutiant, ſed cunctos Nhaia repellet
Robore, & ingenuis defendet viribus arcem.
Aſpice vt ignotas Crocodillum nutriat vndis
Nilus, amica Deo rigat ac opulenta Ioannis
Præsbiteri prata, & fortes ſine mænibus vrbes
Defendunt, longequefugant hoſtilia caſtra

En Meroe antiquæ fuit Inſula maxima fama
Inuictam iuuenes nunc dicunt nomine Nobam:
Partibus his mundi ſemotis filius arma
Sæua tuus late portabit fortia contra
Pectora Turcarum toto Chriſtophorus heros
Dignus vt orbe volet, volet & ſua fama per orbem,
Nam poſtquam iuuenem victoria læta triumphis
Atque caput lauro decorauerit, impia mortem
Parca dabit, ſuperam mens candida Martiris arcem
Scandet, & aſpectu Chriſti ſpecioſa fruetur.
Aſpice vt Oceani clariſſima littora, charis
Queis te ſuſcepit Melinde in ſedibus, vltra
Cerne cauernoſi metuentia flumina rapti
Quilmanci, ad fauces latas ſpecioſa fluenta
Miſcet aquis ponti, fluuius modo dicitur Obbi.
Cerne caput quondam, quod dixit Aromata mũdus,
Nunc noſtri Guardafum appellant; oſtia rubri
Inde maris capiunt exordia, nota profundi
Oceani rubri tribuunt cui clara colores
Nomina, & a Lybicis Aſiæ nunc diuidit oras,
Ac magis ornatas locuples non poſſidet vllas
Africa, quã Arquicũ fortẽ, Macuamque, Suaquem
Aſpice Xueſium extremum, quam tempore primo
Heroas habitaſſe ferunt, hic mænia latæ
Affirmant aliqui Arſiones ſpacioſa fuiſſe.
Ægypti hoc hyemant ſinuoſo in littore claſſes.
Admonet antiqua, quas virga ætate ſacerdos
Diuiſit Moyſes vndas, has fama fuiſſe.
Incipit hinc Aſiæ tellus procedere vaſtis
Littoribus, campiſque ſimul ditiſſima multis

Imp erijs,

Imperijs, gemmis, fuluo & ſpicioſa metallo.
Aſpice & illuſtrem ſynai cognomine montem,
Quem ſacro decorat martyr Catharina ſepulchro.
Cerne Torum, & Giddam, fontis queis deficit vnda
Frigida, Erithræi notiſſimaque oſtia ponti,
Qui finem in ſicca poſtremum terminat Adem
Vrbe opibus plena, vicina & rupibus altis
Arſyræ, nullaſquæ ſentit ab æthere lymphas;
Aſpice tres Arabum partes, quæ gentis iniquæ
Immenſos retinet populos, & gignit acerbi
Martis equos celeres curſu, belloque feroces.
Aſpice longinquum littus, quo Perſica claudit
Terra fretum, metamque facit Fartaque ſupremam
Accipiens nota Fartaquis nomen ab vrbe.
Aſpice Dofarem, quæ ſacras mittit ad aras
Thura, ſed ex alia nunc Promontoria parte
Cerne Roſolgatis, Luſis quæ ſemper auara
Littora, namque illos diro certamine vexāt,
Indeque turritæ longum regnum incipit Ormus,
Littoreis latæ totum quod funditur Oris,
Quæ magnā acquirēt famā, cū Turca triremes
Perdiderit, fortem perferreque triſtia claſſem
Naufragia; & nigro profuſum ſanguine littus,
Ac Caſtelbranci diſtrictum viderit enſem.
Aſpice Aſaborum caput olim nomine dictum,
Nunc Moncaydanum robuſtus Nauita dicit.
Hic lacus ingreditur locuples, quem Perſia latis
Littoribus, tellusque Arabum ditiſſima claudit.
Barennis fædo Iacit hic lata Inſula morbo,
Quæ maris ornatum gemmis imitantibus ipſam

Auroræ pulchram faciẽ, pulchrũque colorẽ
Fundũ habet. En Tygris placidis rapidiſſimus vndis,
Euphratesque vna veniunt ad marmora fauce.
Aſpice & Imperium Perſarum nobile campis
Diſperſum, non cernis equos Mauorte feroces?
Ære vti rigido magna eſt iniuria gentis,
Sæpius arma ſolent duros obducere callos.
Aſpice frondoſos extendat vt Inſula Campos
Pulchra Gerar, varias & monſtret temporis artes
Namque opulenta loco poſtquã vrbs Ormuſia fixit
Mænia, felicem famamque ac nomina ſeruat
Meneſij Ducis arma dabunt, & ſæua Philippi
Robora ſigna Laræ, cum pauco milite Luſo
Innumeras acies, ac agmina Perſea vincet.
Conuenient iterum Perſæ, ſed Souſa cruentis
Vulneribus, quæ tam robuſto Ampaſa vigore
Senſerat, vt ſolida æquaret ſua mænia terrâ
Vltima fata dabit Perſis, ſomnumque profundum.
Sed freta linquamus, caput ac ignobile laſque,
Quod nunc antiquo Carpellæ nomine gaudet,
Linquamusq; ſolũ male ſuadũ fructibus, herbis
Floribus, ac Cereris donis, Carmania dictum.
Aſpice manantem ſuperis ex rupibus Indum,
Ex quibus erumpens procedit ad æquora ganges.
Aſpice & vlcindæ viridantia gramina terræ,
Iaquetisque ſinum, maris & (mirabile dictu)
Æſtus, quo ſubito ſtagnantia littora inundant,
Et ſubito refluunt curſu, terramque relinqunt.
Aſpice Cambayæ ditiſſima prata, ſinumque
Quem mare ad ingreſſum ſpacioſum cõfluit, vrbes

Millè colet tellus, quas vobis Martia virtus
Seruat, nam ſuſo ſcandetis ſanguine muros.
Aſpice & Indiacam Camorini ad littora terram
Tendentem, dictũque Cori quondam, Inſula Cãpis
Altaque Taprobanæ herboſis iacet ante, ſed iſtis
Temporibus noto Ceylani nomine gaudet.
Quæ poſt te veniet, truculento hoc æquore Luſa
gens, armis vrbes, & bellica mœnia, turres,
Queis viuet multis ætatibus, horrida vincet
Prælia, & inſignes portabit ab hoſte triumphos.
Aſpice & innumeras, quæ largo tramite flumẽ
Inter vtrumque iacent gentes, mahometica regnũ
Hoc tenet: hoc cæco gentilis more gubernat
Rex, his falſa dedit dæmon præcepta malignus.
Aſpice & imperium Narſinguæ, vt condit ouantes
Relliquias Thomæ, tetigit qui vulnera Chriſti.
Hic vrbs inſignis non longe à littore diues,
Melliaporis erat, quæ numina falſa colebat,
Et modo cæca colit gens diras dæmonis artes.
Iam Didymus Thomas Chriſti præcepta per orbem,
Atque fidem ducebat: iter tunc fecit ad oram
Narſinguæ, iam vir ſanctus noua littora Ponti
Tranſierat, multaſque ad Chriſtum traxerat vrbes.
Hic vita functis vitam, ægrotiſque ſalutem
Cum daret, & fidei cæleſtia ſemina cæcis
Pectoribus iaceret, caſu maris vnda refuſi
Turbida nota tulit mirandum ad littora lignum:
Rex cupit ad ſtabilem truncum deducere terram,
Nam fabricat ſummi laquearia regia tecti,
Nec dubitat magnis Elephantum viribus, atque

Ingenijs

Ingenijs hominum lignum traducere ad vrbẽ,
Attamen incaſſum Rex vtitur artibus, illi
Tantum pondus erat ligno, quod nulla mouere
Robota iuncta valent, Chriſti ſed nuncius, arcto
Ingentem quo ſe cingebat, fune, ligauit,
Ac facile duxit ſemota ad mœnia truncum.
Ædificat cupidus tunc Rex templa aurea ſumptu
Exiguo, quæ firma manent exempla futuris.
Ille tenet ſi forte fides formata gubernat
Pectora, & inſtabili motum monti imperet, illum
Continuo mutare locum, parereque voci
Haud dubitat, docuit ſic Chriſtus, & approbat ipſe
Mira oculis hominum faciens miracula Thomas.
Scinditur en varium ſtudia in contraria vulgus;
Bragmana gens, hæc dum Thomas portenta videret,
Conata eſt, meritam Diui deperdere famam,
Atque Sacerdotium, precioſum nomen, & aras;
Horum præcipue mæſtos liuor inuidus artus
Torſerat, atque modos perquirit mille ſacratam
Ne plebs mota fidem accipiat, præceptaque Chriſti
Seruet, & inſonti vitā cum ſanguine Thomas
Fundat, & vt mortem Sanctus pateretur iniquam.
Maximus inter eos, qui fila nequiſſima ducunt
Pectore, inauditum crimen committit, Auerni
Eripiens vitam natum detrudit ad Orcum.
Arguit horrendo quam primum crimine Thomā,
Et falſos adhibet teſtes, ac morte cruenta
Condemnant Vatem, cœlum qui vocibus altis
Concutit empyreum, ſummū precibuſque Tonantē
Compellat, qui iure iubet quod principe coram,

Et populo faciat miracula maxima Thomas.
Imperat afferri fœdum, quod terra cadauer
Condiderat, ſuperas puerumque reducit ad auras,
Quęrit & ad ſtygias illum quis duxerat vndas?
Viderunt Iuuenem cuncti iam luce fruentem
Æetherea, Illuſtri Crucifixi nomine I E S V S
Immenſas claro Thomæ, grateſque rependens
Indicat occiſum dextraque fuiſſe paterna:
Hoc opus eſt cunctis viſu mirabile, ſancta
Abluitur Rex ſanctus aqua, multique ſequuntur
Regem, cæleſti figunt quidam oſcula veſti,
Aſt alius cèlſo diuinas carmine laudes
Decantat Thomæ, Domino ſuperoque Tonanti:
Bragmanicam radit truculento ſæua veneno
Inuidia exurgens tenebroſo à carcere prolem,
Infando ſuadet populo, quod lumine vitæ
Æthereo ſuperæ priuetur denique Thomas.
Omnipotens tenues regeret dum ſpiritus artus
Cæleſtem Chriſti legem, præceptaque celſo
Æthere demiſſa innumeræ gratiſſima plebi
Iactaret, finxit proles obſcura tumultùm
Bragmina, horrenda lapides feritate cruentum
Percutiunt corpus, ſancti ſed poſtea quidam
Trans adigit graciles immani vulnere coſtas.
Flumina tu Ganges lacrimarum fundis, & Indus
Funere triſtatur Thomæ, teque inclita fleuit,
Cui celebrata pedes figunt veſtigia, tellus,
Amplius at plorant animæ, quas dogmate Chriſti
Imbuis, & ſtygio reuocas ad ſidera ab Orco.
Sed chorus Angelicus multis te cantibus arce

Accipit

Accipit ætherea, & decorat diademate ſacri
Martyris exultans, cœleſti ſede triumphans
Auxilium pete diue tuis, certumque fauorem
Luſiadis, tollunt Thomæ, qui nomen ad aſtra.
Aſpice vt inſigni ſinus incipit vrbe recuruo
Littore Gangeticus: diues Narſinga, potenſque
Proſequitur, pannis locuples poſt currit Orixa,
Illuſtres Ganges hîc ducit ad æquora lymphas,
Cuius aquis moritur ſtagnantibus incola tinctus,
Et quanquam fœdent ingentia crimina mentes
Aſperſas ſacra reputant ſibi gaudia puris
Cœleſti feſtiua dari per ſæcula lympha.
Aſpice abundãtem Chatiganum ex vrbibus amplis
Bengalæ ditém conuerſo littore ad Auſtrum
Erigere excelſas latis cum mœnibus arces.
Aſpice & extenſum Arraconis nobile regnum
Diues opum, valde ſaxoſo à littore diſtans,
Et latam Pegu ſedem, quam iam horrida quondam
Incoluere canis, muliebri & ſemine nata
Monſtra; viri portant genitalia membra ſonanti
Ære, quod inuenit prudens regina, nefandum
Sic tulit ex latis errorem, & crimina regnis.
Aſpice florentem Tanaim, qua larga Sionis
Imperia incipiunt, & fortia mœnia Quedæ,
Et Tenacarinum piperis quæ ſemine campos
Implet & ad omnes mundi ſua munera partes
Mittit, & imperium ſublimis fama Malacæ
Viribus extollet Luſis, Orientis ab Oris
Ingentes venient naues, quæ mercibus arcem
Efficient ditem. Quondam gens vidit vtramque

Coniunctam terram,ſed magno pōdere ponti
Horriſonis concuſſa nimis ſinuantia Lymphis
Littora facta,manet Inſula nobilis auro
Aurea Cherſoneſus quondam,nunc dicta Camatra,
Ophir ſublimi dignarunt nomine quidam.
Aſpice vt anguſto ſpumoſum gurgite tellus
Cingapura fretum faciat,quo nauibus arctum
Intercludit iter,multis cauſatque tremendum
Naufragium,hinc voluens Cynoſuræ littus ad Oras
Curuatur, rectaque via ſe extendit ad ortum
Auroræ,nitido decoratur & vrbibus auro
Nobilibus,ſunt regna opibus locupletia,primum
Inuenies Panam,Patanum, longa Sionis
Regna iugum cuius ſubeunt hęc. Aſpice flumen
Menandum,claras qui ducit ad æquora lymphas,
Chimay lata fontem capit ille palude.
Aſpice & his gentis non cognita nomina terris,
Fallaceſque Laos numero,regniſque potentes
Bramas,ac ſparſos longinquis rupibus Auàs.
Aſpice & amotis ſylueſtres montibus, antris,
Speluncis que Viros habitantes carne cruentã,
Humana faciant rabiem, gueuique vocantur:
Ardenti ferro, fædataque corpora pingunt.
Aſpice Cambayæ ſparſis vt labitur vndis,
Et rigat arua Mecon,fluuius Rex dictus aquarum,
Vtque capit nimias alijs examnibus vndas
Æſtate vt perturbat aquis latiſſima prata
Frigidus Ingentes campos vt Nilus inundans:
Barbara gens pęnam,requiemque animantia ditæ
Experimenta necis patientia habere putabat.

Aſpice

Aſpice vt excurrant oræ,quæ Chãpa vocantur
Cuius odorifero redolent nemora ardua ligno.
Aſpice & obſcuræ Cauchinia litora famæ
Aynamique ſynus,quos noſter nauita nunquam
Ob vada multa nimis potuit pertingere; currit
Hinc latum imperium ſublimi nobile fama,
Ob terras opibus locupletes aurea Chinæ
Littora quæ extendit latis regna inclita campis,
Frigida circundant quos cingula,& arida tractu
Immenſo,Imperium longus partitur vtrumque
Murus,abundantis regni certiſſima ſigna.
Hi Regem arbitrio extollunt,nec iura reſeruant
Hæredum,excelſo Regis nec ſanguine cretum,
Sed meritis ac Martis ope,& virtute potentem.
Terra procul Vaſtis tibi nunc abſconditur aruis,
Quam tandem inuenient longo conamine Luſi.
Aſpice & in medijs,quos blanda locauit in vndis
Telluris natura,quibus ſua prouida monſtrat
Dona magis,mundoque potens ſua munera mittit.
Hæc eſt Iapponis miſſorum ſanguine clara
Atq; opere eximio ſuperi qui dogmata Chriſti
Ac præcepta docent,quos lacte Ignatius alti
Nutriuit cœli,reſpondet,& Inſula longe
Chinenſi terræ,nitidi fulgentia mittens
Longinquas argenti,atque auri pondera ad oras.
Aſpice & extenſas Orientis ad æquora terras
Cæruleoque ſitas ponto,primamque Tydorem,
Ternatemque excelſam flagranti culmine montis
Vndantes nigro,qui eructat ab ore fauillas.
Aſpice portantes & Cariophilla racemos,

Luſorũ precio ſpumãtis ſanguinis emptos.
Iic duræ nunquam terræ veſtigia figit
urea auis,ſolum poſt triſtia fata videtur,
ſpice & ornatam variam gratoque colore
ærulei fructus Bandam,quam Dædala pinxit
ũ ſocijs natura;nuces,queis pulchra tributum
arpit auis nullis aſſueta volatibus; alis
altat,& auriferas producit garrula pennas.
ſpice Borneum,cui nunquam Camphora latis
lba deeſt campis,magnæ liquor arboris,ipſa
Inſula quæ toto famam ſibi comparat orbe.
ſpice & ingentem campis,regniſque Timorem
Iittit odorifera vt redolentia ſandala,vires
xercent contra capitis precioſa dolorem.
ſpice littoribus latis vt Sunda recondat
ifficiles Auſtrum verſus vberrima partes:
ntima qui terræ penetrant,amnem eſſe fatentur
aturæ monſtrum; nam ſi nunc ſectile forſan
ignum tangat aquam lapidis mox induit artem:
ſpice,quæ tremulas flammas ſpacioſa Camatra
Eructat Naptam fontem, ſpiſſumque liquorẽ
anantem,ſtatim qui frigida vulnera ſanat,
roducitque alium liquidum, qui vincit odore
nclita quem Cynaræ producit filia ſtillans,
t lacrimat mirrham,totum cumq; ipſa per Orbem
mnia mittat,ebur fulgens quoque mittit,& aurum
iſceribus terræ generans,ac ſerica fila.
ſpice Ceylani montem,qui tangit Olimpum,
ſpectum humanum,longoque cacumine fallit:
ebs reputat ſanctum,quod adhuc veſtigia rupes

Humano

Humano formata pede, inuiolata reſeruet.
Inſula Maldiuæ medijs producit in vndis
Excelſas palmas, quarum nux mira venenum
Reijcit, Antidotus mœſti certiſſima cordis.
Aſpice Erithræi Socotoram e fronte iacentem,
Æquoris hanc aloe famoſam reddit amaram.
Ac alias nobis ſubiectas cotinet oris
Africa longa ſuis, queis alba ad littora maſſa
Exit odore frequens, cunctoque incognita mundo
Aſpice quem ſancto tractū Laurentius ornet (bat
Nomine; nā priſcus Madagaſcar nauta voca-
Hactenus Auroræ vobis noua regna, nouaſque
Monſtraui terras, quas vos aperitis acerbi
Marmoris horriſonas ſulcantes nauibus vndas.
Verum etiam pandam Luſi memorabile factum
Littore in occiduo, diras de Rege querellas
Qui ſpargens aggreſſus iter deduxit ad Auſtrum
Caſtellæ naues, pontumque aperuit Iberis,
Quo facilè poſſint latam reperire Malucum.
Aſpice & vt tellus ſpaciatur ab orbe Calyxri
Lata, polum gelidi ſeſeque extendit ad Auſtri,
Quam ſatis argentum nitidum, clarumque metallū,
Quodue colore tuos imitatur Phæbe capillos,
Famoſam reddunt, tibi nunc contraria collo
En Caſtella ſuum digna eſt imponere torquem,
Imperia immenſa, ac incognita regna patenti
Continet vna ſinu, varios rituſque modoſque.
Sed qua ſe extendit largam latiſſima partem
Obtinet, huic famam locupletia ligna dedere,
Purpureo, latoque ſimul decorata colore

A ſancto accipiunt excelſum robore nomen.
Dum primum ad auroræ tanget fulgentia claſſis
Littora, in ingentem decurret Martia terram.
Iuxta hanc inſignis certam Magalhanicus oram
(Forte opus oſtendet, ſed non fidelia Luſum
Pectora) ſemotum quæret fortiſſimus Auſtrum,
Poſtquam tranſierit metam, qua Antartica cingit
Zona Orbem, aſpiciet miranda mole Gigantes;
Vlteriuſque fretum proprio nunc nomine notum
Inueniet, gelidaſque viam quæ tendit ad oras,
Frigidus inſanis, quas condidit Auſter in alis.
Huc vſque o Luſi vobis fata ampla dederunt
Noſcere quæ fuerant, quæ ſint ventura, mariſque,
Extremæque ſinus flagrantia littora terræ
Et Pelagus magnum, cujus diſcrimina forti
Pectore portaſtis, tumidaſque has marmoris vndas
Magnanimi quas ſæpe viri de littore Luſo
Scindent. Accipite æternas quas texere Nymphæ
Floribus, atque roſis, dum ſol luſtrauerit Orbem,
Haud dubitant, capitique hilares imponere laurus
Excelſas, namq; aura fauet, pōtuſque ſerenus
Ad Patriam celeres charum conſcendite naues.
Talia ſic fatur memorans. Retinacula ſoluit
Nauita, & Æolijs pandit ſua Carbaſa ventis.
Linquitur. Ecce hilaris vario depicta colore
Inſula, linquuntur montes, iam littora curſu
Accipiunt ducuntque dapes, alimentaque nautis
Grata, ferunt ſocias nymphas, quæ tempore nullo
Omittent, quin ſtante fide comitentur euntes.
Sic ſecat argenti tumidos ratis inclita fluctus.

Iam tandem apparet magno de gurgite rupes
Cynthria, & apparent chariſſima littora, fauces
Ingrediturque Tagi, ventis, æſtuque fauenti
Nauis, & apparet iam Lyſia noſtra ſuperbis
Mænibus, en nauem deſcendunt, regia læti
Tecta petunt, adeunt regem, qui pectore nautas
Immenſo paſſos diſcrimina maxima ponto,
Suſcepit, recto totam illi rem ordine narrant.
O fortunate Emmanuel Rex terque, quaterque,
Fama tuum ſemper deducet ad æthera nomen,
Dum pauidi grato paſcentur gramine cerui,
Dum freta ſeruabunt nantes in gurgite piſces,
Dum ſol fulgenti monſtrabit lumine crines
Ornatos, dum luna reget de nocte quadrigas,
Non tuus ex noſtro labetur pectore vultus.

FINIS.

ANNOTATIONES IN PRImum librum Luſiadum.

OCciduo. *Intelligimus noſtrum Luſitaniæ Regnũ, nam inter omnes Europæ partes nulla Occidẽtalior, magiſque ad punctum accedens, quo Sol improprie dicitur occidere, cum nunquam occidat, ſed ſit in motu continuo.*

altaq; Taprobanæ. *Non deſunt ex Geographis, qui di-unt hanc eſſe Inſulam Camatram, ſed omnino decipiuntur, eſt amque illa, quam nos, Ceilão, vocamus, quæ ſita eſt è regione romontorij Camorini, ferax cynnamomi, generat immanes ele-hantes, ditioni Luſitanorum ſubiacet.*

Eois. *Id eſt, Orientalibus, nam Eoos Græce Auroram gnificat, vnde eous.*

Fræna Malachæ. *Malacha eſt emporium Indiæ Au-ralis, & caput totius Regni, eam expugnarunt Luſitani ſub lphonſo de Albuquerque, ſita eſt è regione Camatræ, de ea ali-uando incidet ſermo.*

Luſiadumque etiam. *Luſitani dicuntur etiam Luſia-es ſeu Luſi à Luſo ſocio Bacchi, qui illud ſibi domicilium elegit.*

Camænis. *Camænæ proprie ſunt cantus paſtorum, ſumũ-r iam à Poetis vulgariter pro omni genere carminum.*

Africa. *In quinque partes mũdus hodie diuiditur; Afri-vna eſt, Aſia alia, America tertia, quarta illa, quam noſtra-s Auſtralem vocant, verum omnibus ſpecioſior eſt Europa, qui-*

bus autem terminis ſeparentur, infra explicandum erit.

Sapientis Vlyſſis. *Vlyſses Rex fuit Inſulæ Ithacæ in mari Ionio, vt quidam affirmāt, ciuitatis vniuerſi emporij Vlyſſiponis fundator, ſagax, ac aſtutus, ideo ſapiens dictus, de eo compoſuit Homerus Odyſseam.*

Æneæ errores. *Res hæc nota eſt ex libris Æneadum, præſertim tertio.*

Alexander. *Quæ de Alexandro dici poſſunt, nota ſunt lippis & tonſoribus.*

Trajani. *Trajanus Hiſpanus fuit ex oppido Bæthici, quod Itale nuncupabatur, quinque ab Hiſpali diſtabat leucis. Melior omnibus Imperatoribus, ſubdidit armis Regna, quæ ſunt inter Tygrim & Euphratem.*

Neptune tuos. *Neptunus Rex maris ab Æthnicis creditur*

Tuque o Mars. *Mars Deus erat militiæ ſæpius a Poetis pro ipſo bello accipitur.*

Parnaſſus. *Mons eſt Phocidis ſacratus Baccho, & Apollini, ac Muſis, vndique præceps, ideo horrorem incutit videntibus, in eo eſt fons Caſtalius Muſis conſacratus.*

Apollo. *Deus creditus, & Autor carminis, & vaticinijs, ac arti ſagittandi, idem Sol habitus.*

Olympo. *Olympus mons altiſsimus, ita vt tangere cœlum accolæ putent, ideo Poetæ cœlum vocant Olympum.*

Tagides Nymphæ. *Sunt more Poetico Nymphæ fluuij Tagi, qui Luſitaniam interſecat. quia vero Poeta Luſitanus eſt, inde eas vocat ſua Numina.*

Nectare. *Nectar potus Deorum erat, dictum quia ſolum eo Dij immortales, qui nunquam occidunt, potirentur.*

Hypocrene. *Fons erat in monte Helicone, quem Perſeus filius Iouis, poſtquam interfecit Meduſam, opera ſui equi*

Pegaſi

Pegaſi aperuit, qui aquam illius potabant, Poetæ quam primum euadebant.

Pan Deus. *Pan a Poetis paſtorum Deus habitus, in quo omnia, quæ ſunt in vniuerſo, pingebantur, corpus radijs illuſtre, vt Sol, caput cornutum, vt Luna, ſtellaas in pectore, caprinos etiam pedes habebat, quibus figuraliter (ſi bene aduertas) totus mundus deſcribitur, vnde etiam vniuerſæ materiæ Deus dicebatur.*

Corydonis amores. *Hic paſtor Corydon eſt, de quo late Virgilius Egloga 7.*

Gentis Vlyſſeæ. *Id eſt, Vlyſſiponenſis, quia Vlyſſipo dicitur condita ab Vlyſſe.*

Tu quoque Rex. *Loquitur Poeta cum Rege Sebaſtiano.*

Cum tulit Alphonſus. *Alphonſus primus Luſitaniæ Rex prælium geſſit cum Mauris in campo Orichenſi trans Tagum, & victoriam de Regibus quinque obtinuit, apparuitque illi Chriſtus, tunc Regio ſcuto addidit quinque ſcutula, propter quinque vulnera Chriſti, & propter triginta denarios, quibus Chriſtus fuit venditus. Hoc miraculum carminibus explicatur.*

Oceani. *Oceanus eſt creditus a Poetis Deus maris.*

Gangis potare. *Ganges eſt fluuius Indiæ vlterioris, de quo multoties in hoc opere, ſacer creditur a Poetis, & a nobis, cum originem trahat a paradiſo terreſti.*

Iordanis ve. *Fluuius Iudeæ ſacer, quo Chriſtus a Ioanne fuit baptizatus.*

Superant Radamanthum. *Quidam Metropoetico compoſuerunt de Radamantho, ac Orlando tam amatore, quam furioſo, infinitis propemodum ſcatent mendacijs, & indigni ſunt qui ligantur.*

Nonius Egas. *Sunt Luſitani Heroes, qui mira pro patria geſſerunt. Primus eſt Nonius Pereira Comes Orenſis, fundator ſtatus Brigantiæ, qui vitam abſoluit Monachus in Monaſterio Virginis Mariæ de Monte Carmelo Vlyſsiponenſi, quod ipſe ædificauerat, ſepulchrum eius hodie viſitur, & magna veneratione colitur. Alter eſt Egas Moniſius, de quo, ac de Fua Roupinho, deque Magriſſo in progreſſu erit ſermo.*

Byſſenoſque pares. *Agit de Equitibus Gallicis, qui erant viginti quatuor, quos duodecim Luſitani vicerunt animo, factis, ac mirandis facinoribus.*

Carolus Magnus. *Hic & Iulius Cæſar ſunt notiſsimi.*

Barathroque recludit. *Barathrum fuit locus Athenis profundiſſimus, vnde a Poetis pro infernis ſedibus accipitur.*

Aſpicieſque duos. *Hi omnes, de quibus fit mentio in carminibus, fuerunt Reges Luſitaniæ.*

Non ego Lætheis. *Læthe eſt nomen fluuij, quem Poetæ fingunt eſſe apud inferos, & cuius aquas ſimul ac aliquis guſtauerit, omnium rerum obliuionem accepiſſe affirmabant.*

Regna Auroræ. *Sunt regna Indiæ, quia Sol, & Aurora dicuntur naſci in partibus Indiæ.*

Nec te inter primos. *Numerantur alij duces Luſitani, qui in India ſe præclare pro fide Chriſti, & ſui Regni exaltatione geſſerunt,*

Mahometica caſtra. *Sunt exercitus Maurorum, quia Mahometo impio originem traxerunt.*

Obſidiumque Goæ. *Goa eſt primas Indiæ, Inſula fæliciſſima, Emporium mundi Orientalis.*

Malabareaſque. *Id eſt, clades Malabarum, & Regni eorum, de quo infra.*

Pulchra Thetis. *Dea maris credebatur, vxor Neptuni.*

Et

Et pace & bello. *Ioannes tertius huius nominis Rex* *rtugallię, auus fuit paternus Sebaſtiani Regis, Carolus vero* *uintus Imperator,maternus.*

Iuppiter omnipotens. *Deus Deorum falſo habitus ab* *tnbicis,res eſt nota ſatis.*

Fratriſque. *Neptunus erat frater Iouis.*

Exequitur Maiæ. *Mercurius eſt, qui filius Maiæ Nym-* *æ,& Iouis erat.*

Maximus Athlas. *Mons eſt maximus in Africa ad fre-* *m Herculeum,quem Poetæ fingebant cœlum humeris ſuſtine-* *,hic erat auus Mercurij, pater Maiæ.*

Via lactea. *Eſt congregatio multarum ſtellarum in fir-* *amento, quæ viam videntur efformare propter claritatem il-* *rum,dicitur lactea ob colorem candidum,qui apparet.*

Gelidum Arcturum. *Stella eſt, quam alij Helicem* *cant,eſt in polo Arctico,& ideo pro ea intelligunt Poetæ par-* *m Aquilonarem.*

Hi ſeptem. *Intelliguntur ſeptem planctæ.*

Quique colunt Auſtrum. *Auſter eſt ventus qui flat à* *lo Antartico,ſumitur a Poetis pro tota illa parte, apparet ibi* *dus crucis ſignum præ ſe ferens,quod polum demonſtrat.*

Stygias mittetur. *Stix eſt fons in Arcadia animantibus* *rniciofus. ſonat mœſtitiam, eam paludem eſſe apud inferos* *gunt Poetæ,per quam illi iurabant, nefaſque erat iuramen-* *m violare, inde ſtygius, a, um.*

Et Lybicas. *Lybia eſt pars Africæ, quoad latitudinem* *ntum fere leucis diſtenta; ad longitudinem protenditur vſque* *Nili ripas, ſumitur a Poetis pro tota Africa, inde Lybicus,* *um.*

Fugaret Iberum. *Iberus eſt fluuius Hiſpaniæ, inde*

Hiſpania Iberia dicitur, aquas ſuas in mare baleari cum deuol uit, eas trahit à montibus Cantabriæ.

Quando Viriatum. *Viriatus Luſitanus fuit primu paſtor, deinde venator, & Romanis valde æmulus, victorias ab e conſecutus eſt Conſulibus Cornelio Lentulo, & Lucio Mmio.*

Qui ſanctum Ceruæ. *Sertorius hic fuit natione Sabi nus, qui Martium in bello ciuili fuit ſecutus, & poſtea ad Hiſpa niam venit, Annibali viribus quam ſimillimus, perſuaſit militi bus, ceruam quandam eſſe Dianam, eiuſque conſilio omnia ad miniſtrabantur, cumque ex animi ſententia euenissent, vera eſſe reputabantur.*

Fælicem Rubri. *Fretum Rubrum eſt, quod filij Iſrae ſicco pede tranſierunt Moyſe duce, dicuntur autem Hebræi Iſa cides ab Iſaac filio Abrahami.*

At pater Oſyrius. *Bacchus eſt, multaque ſortitur no mina, interea hoc vnum eſt, quod dicatur Oſyris.*

Fluctibus Orci. *Orcus fuit reputatus Rex apud Infe ros, eundem autem & Plutonem, & ditem eſſe poetæ finxerunt, pro ipſis infernis ſedibus ab eis accipitur.*

Submiſerat Indi. *Indus fluuius eſt, qui nomen illi Re gioni indidit, exit autem in mare non longe à fluuio Euphrate, ad Aquilonem vergit.*

At Cytherea. *Venus amorum & deliciarum Dea, mul ta ſibi nomina vſurpauit, præſertim a locis vbi colebatur, qualis eſt ciuitas Cytheria, vnde ſic etiam appellata fuit.*

Tingitana. *Africa dicitur Tingitana, ab oppido mari timo Tingi, quod nos modo vocamus, Tangere, vbi eſt arx, & ciuitas Luſitanorum.*

Carmina Parcæ. *Parcas eſſe & fata res eſt vaniſsima, & falſiſsima, & Chriſtianæ pietati ſatis diſſona, verum poetico more*

nore nos Chriſtiani vtimur his vocabulis ſemper fidei adhæren-es, quæ ſolam agnoſcit diuinam prouidentiam. Illæ igitur ſom-iebantur eſſe tres ſorores Cloto, Lacheſis, & Atropos, quarum nanibus vita humana conſtituebatur.

Cum Boreas. *Boreas ventus eſt, quem vocamus Norte, Auſter vero eſt Sul.*

Torquet Erymnis. *Tres erant furiæ infernales The-ſiſone, Alecto, & Erymnis.*

Sumat Cyllenius. *Mercurius eſt, dictus Cyllenius, qui a Cyllene Nympha fuit educatus.*

Thura Sabæi. *Populi dicti a Saba filio Chuſi, qui a Cham fuit ortus, apud eos naſcitur magna copia thuris, ſicut in Armenia.*

Thipheus. *Fingitur a Poetis mouiſſe bellum contra Deos, quem comitati ſunt alij fratres gigantes, eos fugit Iuppiter in Ægyptum, vna cum alijs Dijs, qui propter metum conuerſi in varia monſtra marina ſunt.*

Cognomine Praſſum. *Promontorium hoc eſt in Africa Orientali, diciturque a noſtris,* o cabo das correntes.

Phaeton quos. *Fabula eſt nota, narrat Phaetonẽ a Phœbo patre impetraße currus, quibus mundum illuſtrabat, ſed cũ eos gubernare non valuißet, in terram per aera cecidiſſe, atque ra-dijs denigraße homines illarum regionum.*

Lampecia. *Soror fuit Phaetontis, quæ ob planctum maxi-mum fuit conuerſa in arborem.*

Acherontis ad vndas. *Poetæ fluuium infernorũ eße dixerant Acherontem.*

Abrahami ex ſanguine. *Eſt Mahometus, quem di-cunt Mauri originem duxiſſe ex Iſmaele filio Abrahami, & Agar ancilla, patremque illius fuiße Gentilem, matrem vero Hæbream.*

Quas

Quas Quiloa. *Ciuitas eſt caput Regni Quiloenſis in or. Africæ Orientalis.*

Mombaca ferox. *Inſula eſt prope eandem oram, eam nunc occupant Luſitani.*

Diueſque Sophala. *Vrbs eſt etiam auri ferax, eam colunt Luſitani, ibique arcem ab Æthiopibus defendunt.*

Moçambique *Inſula eſt in eadem ora prope continentem, nota ſatis Luſitanis.*

Qui Caſpia. *Turcæ, qui habitabant ad ripas fluuij Tanais qui Aſiam diuidit ab Europa, deſcenderunt ad pedes Caſpij montis in Aſia, ibiq; latrocinijs aſſueti in magnā prolē creuerūt, ita vt magnam partē Aſiæ, Africæ, & Europæ nunc poſſideant.*

Conſtantine tuos. *Conſtantinus ædificauit Conſtantinopolim, quæ poſtea cum imperio ad manus venit Turcarum cum maxima clade.*

Dionyſius. *Nomen Bacchi, ſicut & Lyeus.*

Ex matre Cemelle. *Mater fuit Bacchi, que genuit ex Ioue, ſatis infeſta Iunoni ob adulterium.*

Signa inferat vrbi. *Id eſt, Goæ, quæ præcipua ciuitas eſt in India.*

Nabathæaque. *Nabathæa regio Arabiæ Petreæ eſt, cuius ciuitas Metropolis eſt, Petra.*

Synon impius. *Hiſtoriam narrat Virgilius 2. Ænead.*

ANNOTATIONES IN SECUNDUM librum Luſiadum.

LVmine iam. *His carminibus Solis Occaſus deſcribitur.*

Cariophilla.

Cariophilla. *Sunt ſpecies aromatis, cuius magna copia*
t apud Inſulas Molucas, præſertim Ternate, & Tydore, quas
uſitani ſubiugarunt.

Cinnama. *Eſt etiam alia ſpecies Aromatis, cuius mag-*
a & melior eſt copia in Inſula Tapobrana.

Zemzibar. *Eſt aliud genus Aromatis, quo maxime ſca-*
t Inſula S. Laurentij,

Damnatos quoſdam. *Gama ſecum detulit nonnullos*
ros, qui propter crimina fuerant ad mortem damnati, vt eos
ßet mittere ad terras, quas appuliſſet, & per eos ſtatum Re-
onis agnoſcere, hoc fecit cum peruenit ad Mombaçam.

Vnica mater. *Id eſt, Virgo Maria ſanctiſsima.*

Thioneus. *Id eſt, Bacchus, quem ita vocant Poetæ, quia*
i Baccho ſunt dediti, nullam habent quietem, ſed huc, illuc-
ue vagantur.

Panchaia. *Id eſt, Arabia Felix, quæ thuris ſatis eſt*
rax.

Bicorniger. *Id eſt, Bacchus, quia frontem cornutam*
rebat.

Celeuma. *Eſt vociferatio nautarum, quam edunt, cum*
ntennas, vel anchoras extollunt, ne tantum ſuſtineant laborem,
citur à Luſitanis Calamea.

Erycina. *Eſt nomen Veneris ſumptum a monte Eryci,*
quo colebatur.

Trithon. *Deus marinus filius Neptuni, & Salaciæ, illiuſ-*
ue tibicen.

Protheus. *Filius Oceani, & Thetis, qui Neptuni Phocas*
ſcebat, & peritiſsimus vaticinandi, in varias formas ſe tranſ-
rmabat. Vide Virgilium 4. Georgicon in fine.

Cloto. *Hæc cum alijs, quæ hic afferuntur, filia erat Ne-*
rei

rei, & Thetis ex quinquaginta, quas genuerant.

Dionis nata. *Eſt Venus, quam illa genuit ex Ioue, cet alij dicant natam ex ſpuma maris.*

Syluaſtres. *Fabula eſt, qua Poetæ fingunt Latonam, aquam appeteret, & a Ruſticis in Licia prohiberetur potus, e conuertiſſe in ranas.*

Tertia ſphæra. *Id eſt, tertium cœlum Planetarum, q ſtella Venus reſidet.*

Puer Illex. *Eſt Cupido filius Veneris, dicitur Illex allicienda, & attrahendo.*

Paſtori ideo. *Id eſt Paridi quem Venus, & Iuno, & Pallas iudicem elegerunt, cum de pulchritudine certarent, qui bus ille præcepit, vt veſtes nudarent, Venerique palmam attri buit, vnde habuit ortum bellum Troianum, & raptus Helenæ atque alia mala. Erat filius Priami, & Hecubæ.*

Viderat Actæon. *Actæon venator erat, qui cum fort vidiſſet Dianam in flumine, indignata illa hominem conuerti in ceruum, quem ſui canes dilaniauerunt.*

Vulcani furias. *Vulcanus erat Deus Cyclopum, & ma ritus Veneris.*

Danaûm. *Id eſt Græcorum, ſic dicti a quadam part Græciæ.*

Calypham. *Calypha fuit filia Oceani, & Thetis, & domi na Inſulæ Orgigiæ in mari Ionio, quæ venientẽ Vlyßem ex bello Troiano hoſpitio excepit, ita vt eius diſceßum ſemper impediret, ſed Iuppiter coegit hominem illam deſerere.*

Antennor. *Antennor fuit Troianus, & proditor patriæ, fu git in Italiã, ibique ędificauit ciuitatem Antennoriam ab eo ſic dictam, quę eſt Padua, iuxta fluuium Timauũ, vt Virgilius aſ rit, licet ita ſe non habeat.*

Scyllæ.

Scyllæ. *Sunt duo ſcopuli in freto Meſſino inter Italiam, Siciliam, ſatis propter vndarum furias periculoſi, quos Æneas auit.*

Æolus. *Rex eſt ventorum à Poetis fictus, filius Iouis Sergeſta filia Hippotæ Troiani, a quo & Hippotades diur.*

Ormuſium. *Et regnum, & ciuitas eſt Ormuſia opulentiſſia ex parte Arabiæ, ad fauces freti Baſſoranici, eam Imperio uſitanorum ſubiugauit Albuquerquius.*

Dio. *Eſt Inſula ad oram Cambaiæ, arcem & ciuitatem abet Luſitanorum, qui tres Maurorum, & Turcarum obſidioes ſuſtinuerunt, eiuſque conſeruatio multo ſtetit ſanguine Luanorum.*

Sabaius. *Sabaius Rex erat Goæ, quo tempore eam cœpit lbuquerquius, palatia illius hodierna die viſuntur.*

Cananorum. *Cananorum eſt arx Luſitanorum ſita in ora Ialabari, quam defendit a Mauris Laurentius a Brito Luſitaus, de Nayris, Cochino, de Eduardio Pacheco, de Calecutio, deue eius Rege, infra erit largus ſermo.*

Leucate. *Eſt pene Inſula in Epyro, quæ Leucadia dicir, in ea eſt promontorium Leucate, ac prope illud eſt aliud, uod vocatur Accio, vbi certamen nauale fuit inter Auguſtum, Antonium, quo ille cum Cleopatra fuit deuictus, dictus vero it iniuſtus, quia Octauiam ſororem Octauiani Auguſti proer Cleopatram repudiauit. Ad hoc bellum congeſſit copias omnibus fere Æthiopiæ, ac Scithiæ partibus, quæ nominiis fluuiorum Nili, & Bactræ innuuntur. Dictum etiam fuit belm Acciacum a promontorio Accio, vbi commiſſum fuit.*

Cherſoneſus. *Id eſt, Peneinſula, quod nomen antiqui Ca-*

mater

mater attribuerunt, vocaruntque ſimul auream, a magna au[ri] copia, quæ in ea reperitur.

Achenſes. *Sunt populi in eadem Inſula valde Luſitan[is] infecti.*

Guaditanus. *Eſt fretum Herculeum, dicitur Guadita-num, ab Inſula Cales, quæ ad oſtium illius ſita eſt.*

Boreas. *Ventus eſt qui flat a polo Arctico, qui polum ip-ſum deſignat, ſicut & ſignum Auſtrale polum Antarticum.*

Magalhanus. *Quæ de hoc viro dici conſueſcunt, infra deſcribuntur.*

Melinde. *Ciuitas eſt & Inſula iuxta Africæ Orienta-lis continentem, quæ Luſitanis ſemper fidele contulit hoſpitium.*

Diomedis. *Hic immaniſsimus fuit Tyrannus, qui hoſpi-tum carnibus paſcebat equos, quem Hercules interfecit.*

Buſyris aras. *Sic etiam Buſyris Tyrannus fuit, qui hoſ-pites Idolis immolabat, quem etiam Hercules occidit.*

Alcides. *Hercules erat ſic dictus ab auo ſuo Alceo.*

Aquas argenti. *Poeticæ aquæ argenti ſunt mare.*

Raptorem Europæ. *Id eſt, Taurum, quem Sol ingre-ditur menſe Aprilis, dicitur raptor Europæ, quia fingunt Poetæ Iouem in forma Tauri rapuiſſe Europam filiam Angenoris Re-gis Phœniciæ, duxiſſeque in Candiam.*

Flora ſuas. *Dea erat florum.*

Diuina Palladis arte. *Id eſt, ſumma eloquentia, ac fa-cundia, cuius Pallas Dea eſſe credebatur.*

Alcionique Regis. *Alcionus fuit Rex Corcyræ, ad hãc Inſulam appulit Vlyſſes, qui dominus erat terræ Itachæ, fuitque a Rege acceptus animo beneuolentiſſimo.*

Placidæ Cereris. *Ceres Dea erat frugum, & frumẽti, & pro frugibus ac frumento ſumitur a Poetis.*

Cicoples.

Ciclopes. *Ciclopes hic intelliguntur miniſtri, qui bom-rdas,& tormenta bellica præparant, ac diſplodunt.*

Mater Memnonia. *Eſt Aurora, quæ Memnonem ge-uit ex Tithone.*

Tyrioque. *In Tyro & Sydone ciuitatibus Phænicia texi r egregium cocinnum, vnde colorem purpureum vocarunt poe- Tyrium ſiue Sydonium.*

Cothurnus. *Genus eſt calceamenti, quo veteres in ragædijs vtebantur, ſumitur pro omni genere calceamentorum Poetis.*

Quem magnificat. *Id eſt, coloris carmeſini ſeu pur-rei, qui ab omnibus valde æſtimatur.*

Thaumantis. *Id eſt, Iris, ſeu arcus filia Thaumantis, Cleotræ, & erat nuncia Deorum, ideo Iris dicta.*

Pater Heſperidum. *Heſperus narratur habitaſſe par-m maritimam Africæ Occidentalis; & tres filias generaſſe, lam, Arethuſam, & Heſperauſam, apud quas erat pomariũ, qua poma aurea producebãtur, quæ ſeruabat draco in ſomnis.*

Heſperia. *Etiam Hiſpania dicebatur Heſperia, ſed mi-r ad diſcrimen Italiæ.*

igãtes. *Hi filij terræ faerũt qui aſcẽdere ad cælos ſtatuerũt, ab eo Iouem deijcere, vt late Ouidius 1. Metamorph.*

heſeus. *Hic cũ Perithoo voluit ex infernis ſedibus eripere oſerpinã ſed non impune, nã ille captus fuit, hic interfectus.*

ortis Horoſtatus. *Hic cum eſſet infima famæ apud omnes uit crimen committere, quo nomen illius, inter omnes verſa-ur, atque ita templum Dianæ combuſsit.*

Clara Theſiphonius. *Hic templem iſtud Dianæ Ephe-æ ædificauit, fuit enim inſignis Architectus.*

ANNO-

ANNOTATIONES IN TER-tium librum Luſiadum.

CAlliope. *Nouem finguntur Muſæ filiæ Iouis ac Memo- riæ, patronæ Poetarum, inter eas primum locum obtine Caliope, quam Poetæ Heroici inuocare ſolent.*

Medicinæ. *Apollinem medicinam inueniſſe docent an- tiquiores, medicorumque patronum eſſe.*

Pro Daphni. *Apollo fuit etiam deditus alijs Nymphis ſed præcipue Calliopi, ex qua genuit Orpheum.*

Helicona. *Mons eſt Boethiæ, non procul a Parnaſſo, illi que haud diſsimilis tum altitudine, cũ circuitu, ſacer erat Phæ bo, vnde ſolet inuocari a Poetis.*

Aganipedis. *Fons eſt in monte Heliconi, cuius aquæ ho- mines reddebant Poetas, qui etiam vocatur Hypocrene.*

Tagus aurifer. *Fluuius eſt, qui naſcitur ex monte prop Conbenſem ciuitatem, totam fere Hiſpaniam interſecat, ac a quas ſuas ad Vlyſsiponem in mare deuoluit excellentiſsimun portum faciens. Dicitur communiter aurifer, quia ſecum affer arenas auro mixtas.*

Orpheus. *Filius Calliopis, fuit vnicus cytharizandi ar- tis peritus, trahebat poſt ſe ſaxa, & ſyluas, multa de eo narran Poetæ.*

Roſas Pindi. *Pindus eſt mons Macedoniæ Apollini, & Muſis conſecratus.*

Zona tenet. *In cælo quinque finguntur circuli, qui Zo- næ vocantur, vnus eſt Septentrionalis, qui circuit partes Aquilo nares, quæ Septentrio dicuntur a ſeptem ſtellis, quæ in polo Ar ctic*

co viſuntur. Vocamus autem Topricum Cancri metam Solis parte Septentrionis, quia eo vſque curſum ſuum peragit, & am primum ad æquatorem regreditur.

Tanais. *Fluuius eſt, habet ſuam originem à montibus Rieis, diuiditque Aſiam ab Europa, & influit in lacum Mæotis, poſtea in mare Ægeum, ſeu Archipelagum, qui interluit locū um, in quo fuit Troia.*

Ryphæis. *Montes iſti ſunt Septentrionales ſemper niuis cooperti, inde valde frigoribus rigent.*

Mæotum. *Eſt palus in Regione Scithica iuxta Phaſidis lium, quæ hiemali tempore congeleſcit.*

Ilium. *Vrbs fuit Troadis à Dardano Iouis filio condita, Ilo rege amplificata, quæ eadem eſt ac Troia.*

Hyperboreos. *Id eſt ſuper Boream, Montes ſunt vltra ream, quibus dicuntur homines nimium viuere, & ob vitæ fadium ſe interimere quodam inſolito mortis genere.*

Scytha. *Hodie Scythia eſt Tartarea, ſunt Scythæ & rtari populi & multitudine, & varietate prope modū infiniti.*

Ægyptum. *Super antiquitate nationis fuit magna inter ythas & Ægyptios diſceptatio, quiſq; falſis ac fabuloſis ratioous ſuam partem tuebatur.*

Damaſci. *In campo Damaſceno creauit Deus hominem mum, atque inde ad Paradiſum voluptatis tranſtulit.*

Lapies Noruega. *Sunt Regiones Septentrionales.*

Scandia. *Pene Inſula eſt, dicta item Scandauia, ſeu Ba, omnibus ad vitam rebus abundat neceſſarijs, optimis item itur portubus, quibus ſit emporium multarum Prouinciarum, æ ad illam merces mittūt, inde deſcenderunt Gothi cum alijs rbaris in Italiam, & magnam illius partem ſubiugarūt, prætim Lombardiam.*

Sarmaticum. *Vocatur mare Sarmaticum a Sarmatia quæ vicina eſt Scandiæ.*

Rutheni. *Alio nomine dicuntur Roſolani, pertinent ad regn Poloniæ, Moſci & ſunt ſubdi i magno duci Moſcouiæ.*

Sarmata. *Sarmatia ſex prouincijs continetur, Polonia, Rhu ſia, Pruſia, Liconia, & Moſcouia.*

Marcomanus. *Marcomani ſunt populi Germaniæ, ſicut & Bohæmi, Saxones, & Panoni, qui pertinent ad Auſtri ducatum.*

Hyrcinia. *Lucus eſt denſiſſimus, & longiſſimus, & largus, ex hoc incipiunt termini Germaniæ.*

Albis. *Fluuius Germaniæ, qui modo vocatur, Elbis, celebris apud ſcriptores, naſcitur in ſylua Herycinia, in Bohemia.*

Danubius. *Fluuius maximus, & celeberrimus in Europa, naſcitur in monte Arnoba, in Germania.*

In Iſtrum. *Fluuius Danubius, poſtquam accedit ad ciuitatem Ariopolim, nomen amittit, nam inde vſque ad mare vocatur Iſter.*

Rhenus. *Fluuius etiam eſt Germaniæ, naſcitur in Alpibus, dicitur autem Rhenus ab impetu, quo ad mare fluit.*

Amaſis. *Fluuius itē eſt, qui inter Albim, & Rhenū ad mare decurrit, nauigatur fere totus, nunc dicitur Emps.*

Helles. *Fingunt Poetæ Athamantem Regem Thebarum duas habuiſſe vxores, & a prima genuiſſe duos filios & filiā vnā Helle dictam, mortua prima vxore duxiſſe aliam, quę Ino dicebatur, quę magno odio priuignos proſecuta eſt, & coegit patrē, vt illos extra regnū eijceret, qui illis arietem dedit velleris aurei quo mare tranſirent ea conditione, vt nullus retrorſum aſpiceret, quā puella non ſeruans cecidit in mare, vnde fretū, quod antea Pontus dicebatur, vocatum eſt Helleſpontus.*

Thraces.

Thraces. *Thracia Regnum eſt Macedoniæ, dicta ſic a* *Thrace Deucalionis nepote.*

Hermus. *Narrant fabulæ Hermum Regem Thraciæ* *maritum fuiſſe Rhodope, & ob arrogantiam conuerſos a Ioue* *fuiſſe in montes; hic mons Hermus diuidit Thraciam in duas* *partes, in eo ita arbores texi dicuntur ad inuicem, vt vix prætereuntibus cœlum appareat. Rhodope non longe ab illo eſt, ſituſque* *iuxta flumen Iſtrimonem.*

Cõſtantinopla. *In ponto, qui mare nigrũ dicitur cõmuniter,* *ita eſt pulcherrima ciuitas Cõſtantinopolis, dicta olim Bizantiũ,* *quam Imperator Conſtantinus inſtaurauit, nobilitauitque, ac caput Imperij effecit, alterque Conſtantinus Paleologus eam amiſit, & ſic venit in poteſtatem Othomanorum.*

Ancius. *Fluuius Macedoniæ dictus hodie, Beade.*

Vos etiam. *Cũ Græcis agimus, & laudes Greciæ exponuntur,* *Græciæ autẽ multæ ſunt prouinciæ, Epyrus, Chaonia, Theſprota,* *Caſsiopeia, Archania, Achaia, atque aliæ.*

Lyburnia. *Eadẽ eſt ac Aſclauonia, ſeu Dalmatia, fere tota terra nõ incolitur propter infeſtationes, ac incurſiones Turcarum.*

Adria. *Mare eſt Adriaticum, vbi Antennor Troianus ciuitatem ædificauit, quæ nunc eſt Padua.*

Venetia. *In Italia ciuitas, ſita in medijs aquis, eam nonnulli ſocij Antennoris ædificarunt, qui Heneti dicebantur, a quibus nomen Veneti acceperunt, mutato H, in V; pulchra ciuitas eſt, ac ditiſ opulenta, & notiſsima in mundo.*

Heſperium. *Id eſt, Italicum, nam Italia etiam Heſperia dicitur, ſed Maior.*

Terra, inquam. *Hæc eſt Roma.*

Aſtrorumque. *Id eſt, qui norunt Aſtrologiam.*

Alpes. *Mõtes ſunt notiſsimi, qui diuidunt Galliam ab Italia.*

Apenninus. *Quædam pars ſunt Alpium, quæ incipit à Niſa ciuitate Genuæ, & Italiam interſecat; ſic dictus mōs fui ab Appino Rege Italiæ.*

Tu Ianitor. *Id eſt Summus Pontifex.*

Gallia. *Continetur intra fluuium Rhenum, mare Oceanum, & montes Pyrinæos vſque Anconam.*

Rhodanus. *Hi omnes ſunt fluuij Galliæ.*

Quam primum. *Hi ſunt montes Pyrinæi, qui diuidun Galliam ab Hiſpania, ſic dicti à Nimpha Pyrene, quam Hercules defloraunt, ac interfecit. Alij dicunt montes hoc nomen habuiſſe, quia ita ignis illas cōbuſſit, vt penetraret viſcera terræ, indeq; aurum & argentum fluxiſſe, pyros autem Græcæ eſt ignis.*

Hiſpania. *Hiſpaniam Mari circundatur omnibus ex partibus, præterquam ex parte Orientis, tres habet Prouincias, Bæthicam, Luſitaniam, & Terraconenſem, & in his Prouincijs multa Regna præcipuum inter illa eſt Portugallia, quæ etiam in varias prouincias partitur, quandam vocant extremitatis, aliam inter amneuſem, tertiam tranſtaganam, alteram tranſmontanam, quintus Beirenſem, vltimam denique Tudertanam, ſeu Algarbienſem.*

Tingitania. *Id eſt Africa, de qua ſupra.*

Aragonia. *Aragonia eſt Regnum Hiſpaniæ, cuius Rex Alphonſus ſubiecit Neapolim, quæ Parthenope dicta fuit à ſirena Parthenope, quædam Sirena conatæ ſunt incantationibus Vliſſe & ſuos apud ſe detinere, nec tamen potuerunt, atque ideo ſe in mare proiecerunt, & hæc Parthenope deuenit in partem quandam, vbi fuit ab accolis ſepulta, oppidumq; ibi ædificatum ab ea nomen accepit Parthenope, nunc Neapolis dicitur.*

Nauarrus. *Ex his regnis exijt Dux Pelagius, qui Hiſpaniā de manibus Maurorū recuperauit, & poſtea in Regē fuit electu.*

Gallæcus.

Gallæcus. *Gallæcia eſt Prouincia Hiſpaniæ, ex parte quilonari vicina Luſitaniæ, fluuius Minius eas diuidit; Iberia iā ximus ſupra.*

Bethis. *Eſt fluuius Hiſpalenſis, quia Hiſpalim præterfluit, ntratque in Oceanum non longe ab ea.*

Legio. *Ciuitas eſt Hiſpaniæ vlterioris, & caput regni Le ionenſis.*

Granata. *Ciuitas etiam eſt Hiſpaniæ, quam reges Hiſpa i paucos ante annos a manibus Maurorum acceperunt.*

Ex Calpe. *Mons Hiſpaniæ ad fretum Herculeum, nunc Gi altar.*

Caſpia. *Iam ſupra de montibus Caſpijs dictum eſt.*

Agaris. *Mauri dicuntur Agareni, quia originē trahunt b Iſmaele filio Abrahami, & Agaris Ancillæ.*

Godfredus. *Hic ſanctam Hieroſolimam a Turcis acce it, & ſemper nomen Regis reſpuit, gubernatorem aſſumpſit, ſed reuiter mortuus poſt expugnationem fuit.*

Himenæus. *Eſt Deus nuptiarū, accipiturq́ pro ipſis nuptijs.*

Progne. *Prognes filium interfecit, edendumque dedit atri Tereo.*

Medea. *Medea fratrem propter Iaſonem occidit, & in artes diſcerpſit, cumque patrem fugeret, per viam, vt eum de eneret, partes corporis relinquebat.*

Vimarinium. *Oppidum eſt inſigne interamnenſe, in uſitania non lōge a mare diſtās, vbi primus Alphōſus natus fuit.*

Perilli. *Phalaris Tirannus fuit, qui noua tormentorum enera excogitabat, quibus homines torquerentur, quidam Pe illus vir Athenienſis, & ingenioſus taurum æneum inuenit, quo omines intra igne ſuppoſito comburerentur, voces bouinas emit entes, ſed ille primus tormentum iuſſu Phalaris expertus fuit.*

Scinis. *Hic latro robuſtus fuit, qui miro ingenio hoſpites occidebat, deprimebat enim ramos arborum, illiſque pedes a. manus hoſpitum alligabat, poſtea ramos ſoluebat, & ſic in partes diſſecabantur.*

Zopyrus. *Hic manus, nares, & labia abſcidit, dum Darius obſideret Babylonem, nec capere potuiſſet, tunc ſe contulit ad Babylonios querimonias agens de Dario, quod in illum talẽ exercuerit crudelitatem, qui eum ducem exercitus elegerũt, ſed ipſe ciuitatem, ac exercitum contulit Dario, de quo ipſe dicebat illud quod carmine deſcribitur.*

Cereris. *Sunt campi Tranſtagani.*

Orichenſi. *Iſmar dux erat, & præcipuus Rex eorum, qui contra Regem Alphonſum conſpirarunt, & ſigna contulerãt in campo Orichenſi.*

Penthiſilea. *Fuit vna ex Amazonibus, quæ in auxilium Troianorum venerat.*

Thormodoontis. *Eſt fluuias Scythiæ, iuxta quem habitabant Amazones.*

Moloſſus. *Proprie dicitur libreo, ſic dictus quia meliores ex Moloſsia veniebant.*

Neptune. *Fabulæ narrant quod cum diſceptatio inter Neptunum & Palladem, cuius nam nomine Athenæ eſſent nuncupandæ, de hac re Iudices conſtituerunt Deos, qui iudicarunt illum eſſe dignum tali honore, qui rem victui humano accommodatiorem inueniſſet, Neptunus terram percuſsit, quæ percuſſa equum emiſit, Pallas idem faciens dedit oliuam, tunc palma data eſt Palladi.*

Iuda. *Fuit ille Apoſtolus proditor, de quo tot in Euangelio.*

Leiriæ. *Oppidum eſt Luſitaniæ in extremitatis prouinciæ, ſedem habet Pontificalem.*

Arronches. *Oppidũ eſt etiã Luſitaniæ in prouincia Traſtagana, hoc cœpit a Mauris Theotonius, qui primus fuit Prior cœnobij ſanctæ Crucis Conimbricenſis.*

Scalabis. *Eſt oppidũ antiquiſſimũ in prouincia Extremitatis, Luſitania, eam præterfluit Tagus.*

Mafram. *Oppidum eſt non longe a mari Luſitaniæ Occidentali ſitum in prouincia Extremitatis.*

Cynthia. *Eſt etiam oppidum in eadem prouincia amæniſſimum propter altitudinem rupis, in qua eſt ædificatum.*

Lyſia. *Eſt Vlyſsipo dicta ſic a Lyſo ſocio Vlyſsis.*

Britannia. *Eſt Anglia ſic appellata, vel a bruto Syluij poſthumi Regis Romanorũ nomine, vel a quodam Britone Rege illius, quod veriſimilius videtur.*

Vvandalico. *Bœthica prius dicta fuit Vvandalia, quia illam Vvandali ſubiugarunt, dicitur corrupto vocabulo Andaluzia.*

Alemquerquium. *Oppidum eſt ſitum prope Tagum, & amœniſſimum.*

Eluas. *Ciuitas in prouincia Tranſtagana, cuius terminis Portugallia a Caſtella diſtinguitur, ſic Sepa, ſic Maura, quæ fluuio Anate abluuntur.*

Salatia. *Nunc dicitur Alcacere do Sal, ſalis excelentiſſimi feraciſsima.*

Quam dux Sertorius. *Fuit dux Luſitanorum, qui ædificauit ciuitatem Eborenſem in prouincia Transtagana, vbi adhuc eius ædes viſuntur.*

Giraldi. *Fuit etiam dux Luſitanus, qui ſtratagema inuenit, quo vrbs Eborẽſis in manus Alphõſi Regis, & Luſitanorũ veniret.*

Iulia pax. *Eſt ciuitas, quam vocant, Bejam, frumenti feraciſſima, & Tranſtagana.*

Trancoſum. *Oppidum eſt in prouincia Tranſmontana.*

Palmella. *Oppidum Transtaganum non longe a Ceto briga,ſita eſt in monte altiſſimo.*

Ciſimbra. *Eſt oppidum in monte barbarico prope mare dicitur piſcoſa,quia in illa fit admirabilis piſcium captura.*

Badaiocium: *Ciuitas eſt Caſtellę, quæ ſuis terminis diuidit illam a Portugallia,pręterlabitur illam Anas fluuius.*

Pompeie. *Fuit dux Romanus,qui bellum geſſit cum ſocero ſuo,& ab illo victus fuit apud campos Emathios,ſeu Pharſalicos, res eſt notiſſima.*

Nemeſis. *Hæc alio nomine dicitur Rhamnuſia filia Oceani & Noctis, inimica malis,dedita bonis. Pinguitur frænum in dextra illius,in ſiniſtra calathus, vt oſtendatur parcitas humana,tam in verbis quam in rebus.*

Phaſis. *Phaſis eſt fluuius magnus,qui naſcitur in monte Caucaſo ex parte Aquilonis,labitur per Colchos Aſiæ prouinciam.*

Syennes. *Eſt ciuitas Ægypti,in qua certo anni tēpore,certiſq; diei horis ita Sol radijs ſuis recto terrā ferit, vt nulla ſit vmbra.*

Bootes. *Sydus eſt quod nos vocamus,* Sete ſtrello, *ſumitur a Poetis pro parte Aquilonari.*

Colchos. *Eſt ciuitas in prouincia Phænicię, Rex illius fuit Æta pater Medeę,hîc ſeruatū fuit vellū aureū in tēplo Martis.*

Enioci. *Sūt populi Sarmatię, quos hodie vocāt Moſcouios.*

Sophones. *Sūt populi prouincię Suriæ æffeminati ac molles.*

Cappadocum. *Sunt populi in regione Natalia, quam Turquiam hodie vocant.*

Carmania. *Fuit prouincia populi Romani ditiſſima,quā Marcus Tullius gubernauit,tunc dicebatur Cilicia.*

Armenia. *Quædam eſt maior,quædam minor,prima ſubiecta eſt Otomano,in ea eſt mons Gundicus,in qua dicitur fuiſſe arca Noetica. Minor eſt quam Scriptura vocat Ararne, ſiue Vs, vbi*

habitauit

abitauit Iobus. Populi illius ſuut Chriſtiani.

Taurus. *Mons eſt altitudine omnes fere montes mundi ſuperans, omnem Aſiam complectitur.*

Emathij. *Emathia eſt regio Grecia prope oppidũ Phargellũ.*

Alborages. *Rex Maurus Hiſpalenſis arcem Scalabim occupauit, ſed poſtea Alphõſus I. Rex Portugallia illã cœpit, illũque interfecit.*

Pacẽſibus. *Id eſt, illis, qui erãt in ciuitate Iulia pacis. i. Beja.*

Antæi. *Hic primus dicitur oppidi Tingitani fundator prope mare Oceanum in Africa.*

Iubæ. *Fuerunt regna iſta Marrochi, & Fecis, & Tremeſsini, atque alia.*

Herculea vrbe. *Hac vrbs eſt Conimbrica quia fertur ædificata fuiſſe ab Hercule, & Monda eſt fluuius illius, naſcitur in mõte ſtellato, & ingreditur in mare ad oppidũ, quod dicitur, Figeira.*

Syluẽſem. *Sylues ciuitas eſt in prouincia Algarbiorũ, olim fuit nobiliſsima, nunc temporis iniuria fere deſtructa.*

Federico. *Poſtquã Saladinus Otomanus ciuitatẽ Hieroſolymã expugnauit, cõſtituit Federicus Imperator maximas copias inſtruere, vt illã recuperaret, quod idẽ fecerũt Reges Angliæ, & Galliæ, ſed quanquã illi multa oppida Aſiæ deuaſtarũt, nunquã tamẽ Hieroſolymã, terramq; ſanctam occupare potuerunt.*

Guiddo. *Hic exijt in campnm contra Saladinũ, ſed cũ valde induſtria ipſius Saladini exercitus Guiddonis ſiti opprimeretur, coactus fuit Guiddo ciuitatem ſanctam Hieroſolymam tradere, vbi omnes fere Chriſtiani occubuere.*

Turdenſes. *Algarbiorum terræ dicuntur Turdenſes propter magnam copiam Turdorum, qui ibi aluntur.*

Legionem. *Ciuitas eſt Caſtellæ dicta hodie, Leão.*

Tudem. *Ciuitas Gallaciæ è regione Luſitaniæ, hodie, Tuy.*

Neronis.

Neronis. *Quis Nero fuerit nemo eſt qui neſciat.*

Tarpeia. *Id eſt, Capitolium.*

Gaballus. *Hic fuit Imperator Romanus effæminatior omnibus hominibus, de eo quamplurima narrantur.*

Sardanapalus. *Hic fuit vltimus Rex Aſſyriorũ valde luxurioſus, inter meritriculas ſępe repertus, nec ex eo pudorẽ contrahẽs.*

Rodericus. *Vltimus fuit Rex Gothorum in Hiſpania, qui dolo Iuliani Comitis Hiſpaniam amiſit.*

Molucha. *Eſt fluuius Regni Fecenſis.*

Tarteſios. *Sunt campi quas nunc de Tariſa vocamus.*

Quidem Membroſum. *Res eſt obuia omnibus in Sacra Scriptura de morte, quam Dauid intulit Philiſtæo Goliath: eum vocauit Chryſoſtomus, turrem carneam.*

Cymbrorũ. *Populi ſunt Septẽtrionales, qui aliquos exercitus Romanorũ ſuperarũt, ſed contra illos fuit Marius homo infima ſorte natus, ob ſuã animi magnitudinẽ ad maximos honores euectus, hic prælia cõmiſit cõtra Cymbros, iterũ atque iterũ ſuoſq; exhortans profligauit Cymbros, penituſque extinxit.*

Annibal. *Hic a primis annis æmulus fuit populi Romani, & copias pænæ induxit in Italiã per Alpes, & cũ Romanis aliqua iniuit certamina e quibus sẽper victor euaſit, quoddã fuit apud Canas vbi tot equites Romani occubuere, vt ex eorũ annulis, qui inſigni erãt equitũ apud Romanos, tres modios mitteret ad Carthaginẽ.*

Tite. *Quã ſtragẽ in Iudæos Hieroſolymitanos Titus ediderit, quãdo ſanctã ciuitatẽ, obſeſſamq; cœpit, eſt ſatis notum.*

Agnetem. *Hæc fuit domina Agnes de Caſtro, quã maxime adamauit princeps Petrus Portugalliæ, ex qua habuit duos filios, illamq; in vxorem accepit inuito Rege patre Alphonſo, qui conſilio nonnullorum ductus puellam vita priuauit. Hic caſus narratur ſequentibus carminibus.*

Stellati.

Stellati. *Fluuius Monda di citur ſtellatus, quia oritur in mõte ſuper quẽ radiat ſtella boſphorus, & ideo hic mons dicitur,* Serra da ſtrella.

Semiramis. *Inter alia quæ de hac Regina Semirami dicuntur, hoc etiã eſt quod fuerit educata a columbis, cum expoſita eſſet a matre Atergate, inde eſt quod Aſſyrij columbas non interficiant, ſed in magno honore habeant.*

Lupa. *Romulus, & Remus fratres expoſiti in ripa Tibris, a Lupa quæ caſu illuc ſitibunda acceſſerat, feruntur educati.*

Pyrrhus. *Filius fuit Achillis, & in bello Troiano occidit Polycenam filiam Hecubæ, & Priami, ad crepidinem altaris, de hoc Virgilius 2 Æneidum.*

Lepidus. *Hi in hoc pactũ cõſpirarunt, vt quiſq; alteri traderet hominẽ ſibi magis infectum, Lepidus fratrem, Antonius patruũ, Octauianus Ciceronem tradiderunt ad internecionem*

Alcides. *Hercules dicitur Alcides, quia nepos fuit Alcei, vt ſupra dictum eſt.*

Theſeus. *Fuit filius Egei Regis Athenarum, tres interfecit inſignes latrones, Hypolitum, Scyrmem, & Procuſtem.*

Leonora. *Fuit vxor cuiuſdã equitis Luſitani, quã valde adamauit Rex Ferdinãdus, eamq; duxit vxorẽ, & Reginã cõſtituit, de qua multa in his carminibus, ſed plura in Annalibus Luſitanis.*

Helenam. *De raptu Helenæ hiſtoria certa eſt.*

Virginea. *Appius Romanus male vitam finiuit, quia Virginiam a marito voluit auferre. Tarquinius item ſeptimus Romanorum Rex adulterium cõmiſit cum caſta Lucretia, & ideo a Regno eiectus.*

Berſabeam. *Tangitur hiſtoria de Berſabet vxore Vriæ, quæ de Dauide Rege per adulterium concepit Salomonem.*

Betamicamque. *Alia eſt hiſtoria, quæ libro Iudicum cap.*

19. &

17. & 20. narratur. Habitatores Gibba acceperunt fœminam de Tribu Leui, eamque omnes conſtrupauerunt, ideo a Deo fuerunt grauiter puniti.

Sara. *Cum Abraham iter faceret in Ægyptũ cũ Sara vxore ſua, quæ pulchra erat valde, illã videntes Ægyptij duxerunt ad Pharaonem, qui illam in corde ſuo concupiuit, ſed intactã poſtea dimiſit, & tamen a Deo fuit ſupplicio affectus.*

Dina. *Dina filia fuit Iacob, quam adamauit Sichen filius Hemor, rapuitque illam, ſed ille a fratribus puellæ fuit interfectus, & ciuitas vaſtata.*

Filius Almenæ. *Hercules, qui valde deditus fuit Omphalæ Reginæ Lydiæ, ita vt in multa propter illam inciderit deliramenta.*

Antonius. *Marcus Antonius, de quo ſupra, qui perdite adamauit Cleopatram.*

Tu pæne. *Annibal in Capuam poſt bella inflicta Romanis receſſit, ibique ſe dedit ocio, & Venereis rebus, & adamauit puellam obſcuri nominis, quæ cauſa fuit præcipua ſuæ profligationis.*

ANNOTATIONES IN QVARTUM LIBRUM LUſIADUM.

IOannem. *Hic fuit primus Rex Portugalliæ huius nominis, de quo multa in præſentiarum narrantur.*

Comitis nefandi. *Hic comes erat Ioãnes Fernandes de Andeiro Gallæcus, qui ad Luſitaniam venit, diciturque valde amatus a Regina Leonora, verum poſt mortem Regis Fernandi multis confoſſus vulneribus interfectus fuit a Ioanne, qui tunc præfectem Ordinis S. Benedicti Auienſis agebat.*

Actianax.

Aſtianax. *Fuit filius Hectoris & Andromachæ, & præcipitaunt eum Græci, quando ciuitatem Troianã occupauere è, turri.*

Sacra theara. *Eo tempore fuit etiã è turribus Eccleſiæ maris Vlyſsiponenſis deiectus cum alijs Epiſcopus Martinus, qui Caſtellanus cum eſſet, partes Caſtellæ ſequebatur, erat tamẽ vir & ſanguine, & virtutibus illuſtriſsimus.*

Marius. *Aduerſarij fuerunt Marius & Scylla Romani, & ſibi inuicem damna, & mala, vt poterant, inferebant, ita vt Scylla interfecerit vna die ſex millia hominum, qui Marium ſequebantur, Marius item eos, qui Scyllæ partes defendebant, vexabat, interficiebat, & in partes diſſecabat, & capita locis publicis ſuſpendebat.*

Brigo. *Hunc aliqui dicunt quartum Regem Hiſpaniæ.*

Rodericus. *Hic eſt Rodericus de Biuar, quem dicimus (Cid Ruy Dias) fuit dux ſtrenuiſsimus, ac fortunatiſsimus, qui multoties magnas de Mauris aſſecutus eſt victorias.*

Fernandus. *Hic fuit filius Sancij Regis Nauarræ, qui Regnũ Caſtellæ per matrẽ hæreditauit, quæ erat filia Comitis Sancij. Regnum vero Legionenſe accepit per vxorẽ dominam Sanciam ſororem Regis Bermudi, qui fuerat Rex regni Legionenſis.*

Herculeis. *Hæc omnia patent ex ſuperioribus annotatis.*

Toletus. *Ciuitas eſt caput regni Caſtellæ Nouæ, eſt opulentiſsima, & amæniſsima, illam interluit Tagus.*

Calybes. *Sunt populi Hiſpaniæ vlterioris ad mare Oceanum ſiti, dicuntur alio nomine Aſturiani, abundat ferri mineralibus, accolę ſunt artis nauigandi peritiſsimi, & volubiliſsimi.*

Libuſca. *Eſt Biſcaia.*

Samſonis *Notum eſt ex Sacra Scriptura Samſonẽ vires aſſumpſiſſe ex crine quem in capite habebat.*

Noni.

O Noni. *De Nonio Aluers Pereira alias iam ſupra dictū eſt, & vlterius dicetur.*

Dionyſius. *Hi duo fuerunt Reges Portugalliæ nominatiſſimi, de quibus ſupra.*

Non ſecus. *Poſtquam Annibal illam magnam ſtragem edidit in Romanos ad oppidū Canas, cum omnes pene eſſet exanimati, & vellent ſe tradere Annibali, Cornelius Scipio enſem euaginauit, eoſque iuramento aſtrixit, ne vnquam deſererent ſigna Romana, & quod acri animo contra Carthaginienſes præliarentur.*

Neptuni. *Sunt equi, qua de re dictum eſt ſupra.*

Emblema. *Sunt opera fabri facta elegantiſſima, quibus interdum interiores animi conceptus demonſtrantur.*

Abrantes. *Oppidum eſt Luſitaniæ in prouincia Extremitatis, abluitur Tago fluuio.*

Xerxes. *Rex fuit Perſarum filius Darij facto ponte Cymbarum Helleſpontum tranſiuit, cum exercitu conflato ex innumerabilibus hominibus, victus tamen fuit a Leonide duce Lacedemoniorum in paſſu Thermipolenſi, & a Themiſtocle Athenienſium duce in mari, ac euaſit in quodam paruo nauigio.*

Attila. *Hic fuit Rex Hunnorum crudeliſſimus, qui Italiam Galliamque inuaſit, fuit dictus flagellum Dei.*

Abranches. *Oppidum eſt in Gallia, cuius Comes fuit Antonius ab Almada Luſitanus, dum præclare ſe in prælijs geſſit.*

Aſtreæ. *Filia fuit Titanis, & Auroræ, & nunquam fratres gigantes fuit ſecuta, quando ipſi voluerunt Iouem a cœlo deijcere, vnde Iuppiter illam ad cœlum tranſtulit, fecitque vnum ex ſignis cœleſtibus, quod Virginem vocamus, & quod ſol ingreditur menſe Auguſti.*

Artobus. *Eſt mons qui dicitur hodie Promōtorium finis terræ, olim dicebatur Promontorium Vlyſſiponenſe.*

Anas.

Anas. *Fluuius eſt Hiſpaniæ,qui naſcitur iuxta rupem Alcaras, ... in decurſu per terræ meatus abſconditur,& poſt decem leu... apparet,ingreditur mare Mertolæ,diuiditque ibi prouinciam ...lgarbienſem,ſeu Portugalliam ab Vvandalia.*

Aliubicos. *Aliuba viculus eſt ignobilis prouinciæ Extremitatis,vbi multa millia Caſtellanorum cum paucis Luſitanis manus conſeruerunt,& Luſitani magnam ſtragem ediderunt in Caſtellanos,& Rex Caſtellæ Ioannes aufugit,& exercitũ Luſitani diſpoliauerunt. Et alia multa quæ de hac re narrantur, & vere ſcribuntur ab illis,qui eo tempore vixerunt.*

Sertori. *Iam aliqua diximus de Sertorio, ſed hoc loco addimus ipſum,cum partes Marij fuerit ſecutus, victum a Scylla, aufugiſſe in Luſitaniam,ibiq; omne quod potuit, malum Romanis intuliſſe.*

Coroliane. *Hic eiectus a Roma crudele bellum in Romanos exereebat.*

Catilina. *Hic voluit Romanum imperium ſibi aſſumere, ſed induſtria Ciceronis,qui tunc conſul erat, eiectus fuit a ciuitate,& multi ex ſequacibus interfecti ſunt.*

Sumani. *Sumanus idem eſt ac Pluto Rex Inferorum.*

Maſſiliæ. *Eſt Barbaria, ſeu Mauritania, ſumitur & pro tota Africa.*

Calatraua. *Oppidum eſt Caſtellæ veteris,in quo eſt Ordo equitum S. Benedicti.*

Cerberus. *Canis ille trifaucis, quem Poetæ fingunt eſſe ad oſtium infernorum.*

Ceptenſem. *Arx eſt, & ciuitas Luſitanorum ad fretum Herculeum, ex parte Barbariæ in Africa, quam ante ducentos onnos Luſitani occupant.*

Abylæ.

Abylæ. *Mons eſt in Barbaria prope Ceptam, nunc dicitur Serra Ximeira, quia multas, & varię magnitudinis Ximias alit.*

Fernandum. *Hic fuit filius minor Ioannis Regis primi huius nominis Luſitanię, qui dum captus eſſet in Africa a Mauris maluit in captiuitate miſere viuere, & mori, quam quod fides Chriſtiana, vel bonum publicum Chriſtianorum aliquod propter eum detrimentum pateretur.*

Odrus. *Rex fuit Athenienſium, bellum geſſit contra Lacedemonios, cumque ab oraculis accepiſſet, ſi vellet victoriam, mortem in pręlio eſſe tolerandam, vt ſui viuerent, mori maluit.*

Regulus. *Fuit Conſul Romanus dictus Marcus Attilius Regulus, multos de Carthaginienſibus triumphos reportauit, ſed poſtea victus ab eis Romam mittitur, de redemptione Captiuorum pro illo agens, verum ille conſuluit Romanis, vt nunquam in eam venirent conditionem, atque ad Carthaginem reuerſus, a Carthaginienſibus fuit occiſus.*

Curtius. *Cum Romani contra Hernicos pręliarentur, fouea magna ſatiſcens apparuit Romę, quęſitum oraculum de hac re, reſpondit in eam foueam conijciendum eſſe illud, quod Romanos potentiores redderet. Curtius intelligens armis & viris imperium Romanum fieri potentius, arma induit, atque armatus in foueam lætabundus ſe coniecit, & ſic populus Romanus malum quod imminebat, euaſit.*

Decij. *Pater & filius fuerunt, qui pro patria ſua ſe Idolis immolarunt.*

Arzila. *Oppidum eſt in Barbaria, quod mari Oceano abluitur, iam ſemel atque iterum venit ad manus Luſitanorum.*

Fernandum. *Hic fuit Rex Aragonię, qui regnum adiunxit coronę Caſtellę, vxorem habuit Iſabellam filiam Regis*

Ioannis

annis ſecundi, ſororem Henrici quarti, ad cuius manum Reg-
um Caſtellæ venit, cum tamen Henricus quartus filiam vni-
m reliquerit hæredem imperij, & de hac re magna fuit con-
rtatio tam inter ipſos Iberos, quam inter illos & Luſitanos, illa
nim puella erat conſobrina Alphonſi Regis Portugaliæ huius
ominis quinti, & filia ſororis Ioannæ, voluitque illam in
gni poſſeſſionem debitam introducere, quamobrem magnum
ercitum congregauit, diuiſitque in duas partes, & vnius du-
m conſtituit filium principem Ioannem, ipſe alteram ducebat
ercitus partẽ, hoc idem fecerunt Caſtellani, ſed ad põtẽ Taurũ
arie concertatũ eſt vtrimque, verũ Ioãnes princeps victor eua-
t, & mãſit impune in cãpo tribus diebus, quãquã pater Rex Al-
honſus fuerit ſuperatus, & poſtea negotiũ morte puellæ quieuit.

Auguſtus. *Poſtquã occiſus fuit Iulius Ceſar, Octauianus Au-*
uſtus, & Marcus Antonius contra interfectores ſurrexerunt, &
um duos exercitus conflaſſent, contra duos hoſtiũ exercitus, Oc-
auianus fuit ſuperatus, Marcus vero Antonius victor.

Rhodæ. *Inſula eſt maris Carpathij, olim in illa arcem*
abuerunt equites hoſpitalis S. Ioannis, ſed nunc a Turcis poſ-
detur.

Alexandri. *Vrbs Alexandria, cuius littore occubuit Põpeius.*

Memphis. *Eadem eſt ac ciuitas Cayro.*

Emmanuel. *Rex fuit decimus quartus Portugalliæ, fi-*
us infantis Fernandi, qui vt ad Regni ſolium aſcenderet, octo
emortui fuerunt.

Alphæus. *Cum venatui Arethuſa ſocia Dianæ per mon-*
es Arcadiæ operam daret, incidit in fluuiũ Alfeum, quæ dũ eius
quis ablueretur, ſic animũ illius attraxit, vt illa fugeret in Si-
iliam, vbi conuerſa fuit in fontem ſui nominis, ſed Alphæus in-
ſtens ſuis deſiderijs per meatus terræ ſubterraneos ſe immiſit

 & erupit

& erupit in ciuitatem Siracuſam in Sicilia iuxta fontem Are-thuſam.

Euriſtus. *Fuit Tyrannus quidam Mycænarum, qui iuſſu Iunonis valde perſecutus eſt Herculem.*

Tyrinthius. *Id eſt, Hercules.*

Arpiæ. *Aues erant quæ fætore magno ſcatebant, vultu erant mulierum, de his Virgilius libro 3. Æneadum filiæ erant Neptuni, & Terræ, vnde tam mari quam terra innumera exercebant mala.*

Clenenſem. *Leonem occidit Hercules in vico quodam, qui dicitur Cleoneus inter Argos & Corinthum.*

Lernæam. *Serpens erat in lacu Lernæa multorum capitum, quando vnum diſſecabatur, reſurgebant multa.*

Erymanthus. *Eſt mons Arcadiæ, in quo Hercales porcum occidit, qui totam fere terram profligabat, eumque duxit ad Eryſtheum.*

Deſcenſum. *Hercules deſcẽdit ad inferos, vt Theſeum liberaret, quem Pluto catenis ligauerat.*

Myniæ. *Populi ſunt Theſſaliæ, qui nauigarunt in Colchos, vt raperent velum Aureum.*

Euxinum. *Mare Euxinum eſt, vbi modo eſt ciuitas Conſtantinopolis.*

Pallas amica. *Fabula narrat tabulas illius nauis, quæ Argos vocabatur, loqui ope Palladis ſolita.*

Argos. *Fuit nauis, qua Argonautæ vecti ſuut, rapta in cœlum inter ſtellas numeratur.*

Bedehermicum. *Templum eſt inſigne in ripa maris, ad oſtium fluuij Tagi, vocatur Virginis Mariæ de Bellem, eſt fratrum Ordinis Sancti Hieronymi, & ſepultura Regum Portugalliæ.*

Guinenſes. *Populi ſunt Africæ Occidentalis ad Orcum Guineæ quos primum Luſitani inuaſerunt.*

Perſa. *Significat mare & ora Perſiæ, quam claſſes Luſitanorum legunt, & euoluunt.*

Synæ. *Sunt populi Indiæ Auſtralis, de quibus iam diximus ſicut & de alijs, de quibus hic fit mentio, quos non afferimus, ne eandem cantillenam ſæpius repetamus.*

Iapeta. *Prometheus filius Iapeti eſt. Hunc dicunt fabulæ homines ex luto finxiſſe, auxilioque Mineruæ ad cœlos aſcendiſſe, atque inde ad terras ignem detuliſſe, quo vitam ſuis daret imaginibus luteis; verum Iuppiter illum interfecit in monte Caucaſo, ita vt Aquila ſemper cor & viſcera illius raderet.*

Dædalus. *Hic relegatus eſt a Minoe Rege Cretæ ad Inſulam, vbi ingenioſe ex cera, & auium pennis alas ſibi & Icaro filio compoſuit, ac coaptauit, & ſe aeri commiſerunt, filius nimium ſublime volauit, & Solis ardore inflammatis liquefactiſq; alis decidit in mare, quod ab Icaro Icarium dictum eſt.*

ANNOTATIONES IN QVINtum librum Luſiadum.

NEmæum. *Eſt ſignum Leonis, quod Sol ingreditur menſe Iulij, hunc, vt diximus, occidit Hercules in luco Nemeo.*

Henricus. *Filius fuit Regis Ioannis primi Portugalliæ, qui & Vniuerſitatem in hac ciuitate Vlyſſiponenſi fundauit, & claſſes inſtruxit, quæ oras Africæ vſque ad promontorium bonæ ſpei, & inſulas adiacentes colluſtrarē, & locis repertis nomina, prout dies, & feſtum, & ratio, & occaſio temporis poſtularent,*

imponerent. Vir caſtitatis dono a prime inſignitus, nunquã vxorem duxit, nec prolem reliquit.

Inſula materiæ. *Eſt prima Inſula, quæ nauigãtibus in Indiã ex Vlyſſipone obuia eſt, amæniſſima, & ab ingenti arboris multitudine, quæ in ea viſuntur, ſic nominata.*

Anteus. *Gigas filius Neptuni & terræ, corpus illius fingitur a Poetis fuiſſe quadringentorum cubitorum, atque ita robuſtus, vt nemo cum illo manus conſerere auderet, Hercules tamen illum eleuatum a terra, a qua vires accipiebat, interfecit.*

Paphos. *Hæ omnes Inſulæ ſunt, in quibus Venus colebatur; Paphos ciuitas eſt in Inſula Cypri. Gnidos eſt Inſula Carpathia. Cyprus eſt Inſula in mari Mediterraneo, nunc Otomano ſubiecta, cum tamen antea potentatu Venetiarum gubernaretur. Cythera eſt Inſula in Pelaponeſo.*

Azeneges. *Miſerrimi populi ſunt, qui habitant Africam Occidentalem prope mare, vbi incipit ora Guineæ, caret aqua, & neceſſarijs ad vitam, abundat ſtruthionibus, qui eo ſunt in ſtomacho calore, vt ferrum digerant.*

Zonam. *Hæc eſt meta Septentrionalis, ad quam vſque Sol peruenit ab æquatore ad Septentrionem pergens, dicitur Zona Cancri, quia eſt ſub ſydere Cancro.*

Sanaga. *Fluuius eſt diuidens Mauritaniam a Guinea.*

Heſperidas. *Hæ finguntur filiæ Heſperi, & modo ſunt Inſulæ, quas do Cabo verde vocamus. Alij dicunt eſſe Inſulas S. Thomæ, & Principis, ac aliarum adiacentium. Quidam Nectericus Geographus affirmat eſſe ante Inſulas ad Occidentem, alij e aſ non extare, fluctibuſque eſſe conſumptas, ſicut reuera aquæ alias conſumpſerũt, aſſeuerãt. Sed ſi quis altitudinẽ Poli ab æquatore & alias circũſtantias, quæ ab antiquis circa Inſulas Heſperidas*

aſſeruntur

ſſerũtur, introſpexerit, ſane reperiet eſſe illas, quæ nunc retu-
nius, quæque ditioni ſunt ſubiecta Luſitanorum.

Belliger. Eſt Inſula S. Iacobi, quæ eſt Primas inter eas, quæ
a Cabo verde vocantur, habet Cathedram Epiſcopalem.

Gelophi. Sunt qui primi incolunt oram Guineę. Hęc prouin-
cia latiſsima eſt, & valde ſe extendit ad Auſtrum, finis illius eſt
uuius Gambea.

Mandinga. Eſt vaſta Æthiopum prouincia, ex qua magna
copia auri aſportatur.

Dorcades. Tres ſorores finguntur Euriale, Eſteno, & Medu-
ſa, filij Regis Phorci Sardinię, quęque erant monoculę, id eſt,
unius oculi, appellabantur etiam Gorgonides, propter Inſulas
Gorgonias, quas antea habitauerant.

Leænæ. Rupes quædam immanis eſt, ac imminet mari
Oceani in ora Guineæ, quam fluctus tanto impetu concutiunt, vt
ſonitus, quem elidunt, ad multas mari leucas audiatur, ibi ciui-
tas eſt, quam habitant Luſitani, eſt amœniſſima, & multis rebus
abundans.

Zairem. Eſt fluuius prouinciæ Congenſis, qui mare per
multas leucas ingreditur, vbi aqua dulcis ipſius fluminis reperi-
tur, tanto impetu ad mare ſe deuoluit.

Calixti. Eſt polus Antarticus.

Vrſas. Narrant fabulæ Arcadem interfeciſſe matrem
ſuam Calixtum, & Iouem eas tranſtuliſſe ad cœlum. & vt
ſtellas micare, dicique vrſas, quia mater veluti Vrſa in ſyluis
ambulabat. quam iniuriam valde ſentiens Iuno, locuta cum
Theti & Oceano, ab eis impetrauit, quod nunquam hæ ſtellæ
Oceani aquis mergerentur. Eos communiter vocant Nautæ
(guardas do Norte.)

Phyſici. *Philoſophi naturales ſunt phyſici, quia rerum naturas ſpeculantur.*

Fraterna luce. *Luna credebatur a Poetis ſoror Solis & quia lucem accipit ab illo, dicitur fraterna luce ornata.*

Mappam. *Charta eſt, qua totus orbis varijs lineis diſtinctus depingitur per has Naucleri, nauigationis rectum curſum dirigunt, & intelligunt, ad quam mundi partem nauigent, quam ingenioſe ſatis adinuenit Iacobus Botelho Luſitanus, qui mihi ob nauigationem, quam ex India in Portugalliam modico quodam ac breuiſſimo na uigio fecit, mõſtrum roboris, ac magnanimitatis videtur.*

Polyphæmo. *Polyphæmus gigas fuit filius Neptuni, & Terræ, Monoculus fingitur a Poetis, vnicum oculum habens ſed ſimilem ſcuto, hunc amiſit ob induſtriam Vlyſsis, morabatur in ſpelunca, cuius oſtium lapis erat, quam viginti duo currus ducere non poterat.*

Pellem Colchis. *Sunt qui per pellem Colchis intelligant aurum purum, neſcio qua ratione ducti, verum mihi multo probabilius eſt eſſe borcado, ob ſimilitudinem quam habet pellis aurea cum borçado, & nec Poetice, nec improprijſsime pellis aurum dici debet.*

Veloſſus. *Hic eſt Fernandus Veloſſus vir Luſitanus nobilis, ac magnanimus, Æthiopes illos comitatus fuit, verum illi inſidiæ parantur in itinere, quas euaſit aufugiens.*

Magalia. *Sunt tabernacula parua paſtorum.*

Cælius. *Proſapia dos Coelhos in Luſitania gloriatur maxime originem ducere a Cœlio Romano, & ſoluto diphtongo dictos eſſe Coelhos, vnde hoc carmine dicimus, Cælius pro Coelius.*

Sturdos. *Sturdi ſunt aues canoræ, & interdum loquaces,*

es, communiter glomerantur in aere, nigri fere coloris.

Horridares. *Pingitur Poetice promontorium bonæ ſpei.*

Coloſſus. *Fuit quædam ſtatua ærea in Inſula Rhodes oli ſacrata, admirabilis magnitudinis, & inter ſeptem mundi iracula numerata.*

Hic hic. *Bartholamæus Dias Luſitanus hic fuit, qui primus omnium Promontorium Bonæ ſpei tranſegit vſque ad flumium qui dicitur do Infante, hic cum ſecunda claſſe, quæ in Indiam nauigauit præfecturus ageret cuiuſdam nauis, tempeſtate quodam horribili ad Inſulas Triſtani da Cunha excitata in onſpectu aliarum nauium fuit ſubmerſus.*

Illuſtrem primum. *Hic eſt dominus Franciſcus de lmeida, qui poſt tot victorias in India reportatas a Mauris, & urcis, dum in Portugalliam ex India nauigaret, in qua primus uit Prorex, ad portum, qui modo dicitur, do Saldanha, appelles, iterfectus fuit ab Æthyopibus.*

Finibus Auroræ. *Hic fuit Emmanuel de Souſa de Sepulueda Luſitanus, qui nauigans ex India, ad oram, quæ dicitur o Natal, naufragium fecit, ibique cum vxore, & filijs miſerrime mortuus eſt.*

Cafres. *Populi ſunt Africæ Orientalis, immanes & exeges.*

Plinius. *Hi fuerunt magni Coſmographi.*

Enceladum. *Hi fuerunt fratres gigantes illi, qui quo empore Iouem in cœlo adoriebantur, Adamaſtor frater, quem ic fingimus eſſe promontorium Bonæ ſpei, in Neptunum conpirabat.*

Vxoris Pelei. *Thetis eſt, quæ nupta fuit Peleo Regi Theſſaliæ, filia Nerei Dei Marini.*

Doris. *Hæc vxor erat Nerei mater Nereidum.*

Phegon. *Equi ſunt currus ſolaris, de quibus agitur in carminibus.*

Eurus. *Ventus eſt, qui flat a parte Orientali, dicitur Luſitan (Leſte) ſumitur etiam a Poëtis pro ea parte Orientali.*

Æquator. *Linea eſt æquinoctialis, quæ mundum æquat a diuidit.*

Guzipium. *Naſcitur in arboribus, & vocatur Luſita ne, algodão.*

Martinius. *Gama ducebat ſecum hunc hominẽ omnium fer linguarum peritum, qui Fernandus Martins dicebatur.*

Raphaeli. *Raphael Angelus duxit Tobiam iuuenem, ac reduxit, ideo itineribus ac nauigationibus faciendis eſt præpoſitus, vnde Gama ſe & nauigationem ſuam poſt Deum tra debat huic Angelo, atque adeo illi in titulum lapidem erexit inſignibus Portugalliæ, cruce Chriſti, ac ſphæra quadam ornatum.*

Rhamnuſia. *Eadem eſt ac Nemeſis.*

Æonios. *Aqua Æonia, eſt aqua fontis Aganippedis, hic Homerum intelligimus circa quẽ magnas excitabant illæ ciuitates in carminibus contentæ, quæſtiones, ad quam nam illarum pertineret?*

Auſoniæ. *Virgilius hic eſt, qui natus fuit Mantuæ, quam interfluit fluuius Myncius, Tybris autem fluuius eſt, qui Romam præterlabitur.*

Cycones. *Populi ſunt Thraciæ periti nauigandi, qui contra Vlyſſem crudele prælium geſſere.*

Lothos. *Arbor eſt cuius fructus ita dulcidine alios ſuperat, vt qui illo veſcuntur, in cæterarum rerum obliuionem incidat.*

Palinurus. *Fuit gubernator nauis, qua Æneas vehebatur, de quo*

quo multa Virgilius quinto libro Æneadum.

Delius. *Phœbus eſt, ſic dictus, quia in Inſula Delos natus fuit.*

Lampacia. *Soror Phaetontis, de qua ſupra.*

Melchiades. *Hic & Themiſtocles duo duces Athenienſes fuerunt. Melchiades dicitur interfeciſſe trecenta millia hominum, quos Date Dux Darij contra illum ducebat. Themiſtocles ſuperauit Perſas prælio nauali prope Salaminam, ſuamque patriam a ſeruitute Perſarum liberauit.*

Fuluia. *Marcus Antonius poeſi ac carminibus valde deditus fuit, ita vt vxorem Fuluiam reſpueret, & ſolum amaret eloquentiam Glaphyræ, quæ eloquentiſſima ac diſertiſſima erat.*

Mæonides. *Id eſt, Homerus.*

ANNOTATIONES IN SEXtum librum Luſiadum.

LAgeia. *Eſt Cleopatra Regina Ægypti, ſic dicta a Lago Rege eiuſdem Imperij.*

Cunabula Solis. *Id eſt, Orientem. Sumpta metaphora ab ortu puerorum, quando naſcuntur.*

Chaos. *Eſt Deus confuſionis. ſenex fingitur a Poetis, & a quo habuerunt principia omnes res.*

Typhæus. *Iam ſupra de eo dictum eſt.*

Æthna. *Mons eſt Siciliæ, flammas euomit, & ſub hac fingitur Thyphæus alligatus eſſe a Ioue.*

Trithonem. *Hic filius erat Neptuni, & Salaciæ, Nuncius, & Tibicen patris ſui.*

Locuſtæ.

Locuſtæ. *Locuſtæ marinæ ſunt quas vocamus Luſitani lagoſtas, quæ licet magnitudine ſuperent locuſtas terreſtes, maxime tamen illis aſsimilantur.*

Cammarus. *Sunt animalia marina, quæ in littoribus & ripis maris capiuntur, & locuſtas terreſtes maxime præ ſe ferunt.*

Amphitrite. *De ijs omnibus, quæ his carminibus continentur, late dictum eſt in ſuperioribus, ideo in explicatione illorum non facimus moram, nec maiores annotationes. Amphitrite etiam erat vxor Neptuni.*

Leucathoe. *Iuno valde oderat Inonem vxorem Athamantis Regis Thebarum, & impetrauit a furijs infernalibus, vt ſibi contra illam eßent adiumento. Illæ igitur peßimo odore aulam Regiam infecerunt, quare ita percitus Athamantus filium interfecit, vxoremque interficeret, & filium alium dictum Melicertam, niſi illa & ſe & natum abſcondißet, verum illi eiſdem furijs commoti ſe in mare præcipitarunt, quos tamen in Deos marinos precibus Veneris conuertit Neptunus, & matrem quidem Leucathoe vocauit, filium Polæmonem, ſeu Portunum.*

Panopeia. *Nympha marina fuit, filia Nerei, & Doridis.*

Glaucus. *Hic Deus etiam marinus erat, ſed primum piſcaturam exercuit, qui cum videret piſces demortuos tactu cuiuſdam herbæ reuiuiſcere, herbam comedit. & in piſcem conuerſus eſt. Hunc etiam decepit Circes maxima venefica, nam cum peteret ab illa, vt aliquod ſibi remedium impertiret ad cōparandum amorem, & fauorem Scyllæ, quam valde adamabat, illa ita omnia commiſcuit veneficia, ac quę oportuna erant ad amorem Scillæ, illa ad ſui amorem venefice conuertißet, & fontem quo Scyllæ corpus abluebat, ita infecit, vt Scylla in illam rabiem*

iem deueniſſet, vt ſe in mare præcipitaret, vbi ira correpta ſemper latrat.

Mynias. *Populi Theſſaliæ, qui in Colchos aſportādi Velleris aurei gratia nauigarunt, de quibus iam ſupra.*

Hypotadi. *Eſt Æolus filius Iouis, & Sergeſtæ filij Hypotæ Troiani, ab auo igitur dicitur Hypotades.*

Morpheus. *Deus erat ſomni.*

Leonardus. *Adoleſcens erat Luſitanus, dicebatur Leonardus Ribeiro, amoribus valde deditus, atque elegans in dicendo.*

Anglia. *Eſt Inſula quam vocamus Inglaterra, de ea iam ſatis ſupra.*

Alencaſtrius. *Hic dux Anglus fuit ex ſtirpe regia ortus, vxorem duxit Conſtantiam filiam Regis Petri crudelis, quē interfecit Henricus frater ſuus, ſed nothus; qui regnum Iberiæ accepit, quo mortuo Regnum venit ad Ioannem filium eius, contra illum claſſem ac ingentēm exercitum inſtruxit Alēcaſtrius dux, & vxor illius, vt Regnum vxori debitum iure recuperaret, nec defuit auxilium Luſitanorum, qui tunc etiam bellum contra eundem Ioannem committebant; pacem Deus his populis conceſſit, cum Rex Ioannes Portugalliæ, & Ioannes Rex Caſtellæ vxores duxerunt duas ſorores Anglas filias eiuſdem Conſtantiæ, & ducis Alencaſtri.*

Belgarum. *Belgicæ prouincia eſt germaniæ inferioris, Nunc dicitur Frandes.*

Helles. *Id eſt, veſtibus ex ſerico & auro contextis.*

Torquati. *Titus Manilius Torquatus Romanus nobilis vocauit Gallum ad duellum, illumque interfecit; Autor Titus Liuius: Valerius etiam Coruinus Gallum alium in duello occidit, dictus Coruinus, quia cum in campum veniret, coruus ſuper*

galeam

galeam illius requieuis. vnde Coruinus dictus eſt.

Alcyon. *Luſitane hæc auis appellatur, Maſſarico, filia dicitur Æoli, vxorque cuiuſdam viri, qui Ceice vocabatur, ad cuius aures cum perueniſſet naufragium mariti, ſe in mare coniecit, vnde in auem marinam fuit conuerſa, hæc ergo quando ingruit tẽpeſtas, eam valde præſentiſcit.*

Delphines. *Sunt quos Golphinos vocamus, qui etiã cũ in ſuperficie maris nõ apparent, ſignũ futuræ tempeſtatis præbent.*

Mulciber. *Id eſt, Vulcanus, qui faber erat ferrarius vir Veneris, filius Iouis.*

Duo pignora. *Fuerũt hi duo Deucalion & Pirrha, quos fingunt Poetæ ex diluuio ſuperſtites fuiſſe, & ex lapidibus poſt terga iactatis homines procreaſſe: veritas tamen huius rei narratur Geneſ. cap. 8. de Noe, & filijs, & nuribus eius.*

Orion. *Eſt Sydus quoddã prope ſignũ Tauri, Venerẽ ſemper fugit, quia eſt in parte Occidentali illius, ſemperque illam perſequitur, eo oriente incipiunt pluuiæ, & tempeſtates.*

Orythia. *Eſt vna ex Nymphis Nereidis, quam valde Boreas adamauit.*

Galatheo. *Eſt alia etiam ex Nymphis Nereidis, quam Auſter dilexit.*

Carybdis. *Scopulus eſt in freto Siciliæ oppoſitus Scopulo Scyllæ, vnde Horatius. Incidit in ſcyllam cupiens vitare Carybdim.*

Zebellis. *Eſt animal quod dicitur Zebellius, cuius pelles dicuntur zebellinæ, magno habitæ precio, ad farcimina veſtium, ſicut marthę apud nos, hoc candidum eſt, ſolamque caudæ extremitatem habet nigram, & maxime amant munditiem, nam ſi forte veſtibula ſuę ſpeluncę inficiantur, non intrant, & ſic capi malunt quam maculari.*

ANNOTATIONES IN SEPtimum librum Luſiadum.

CYnifij. *Fluuius eſt in Africa.*

Cadmus. *Filius Agenoris Regis Phœniciæ, qui iuſſu patris quęrebat ſororem Europam, præceptumque illi fuit ne rediret ad domum paternam ſine illa. Conſuluit Cadmus Oraculũ, cum ſororem non reperiſſet, habuit reſponſum, inuenturum in campo Vacam, quam ſequeretur, atque vbi illa ſiſteret, ibi domicilium ædificaſset, ſed antequam ædificium ordiretur, voluit immolare Ioui, miſitque ſacrificij cauſa ſocios ad fontem vt aquam afferrent, quibus obuius fuit draco, qui omnes interfecit, cum vero moram facerent, quærens illos Cadmos inuenit occiſos, & ſerpentem prope illos, quem occidit, tum monitu Palladis dentes draconis eripuit, ac ſeminauit, qui in homines conuertebantur, & cum fratres eſſent ſe inuicem necabant.*

Hermus. *Hermus, & Pactolus ſunt fluuij Lydię prouincię Aſię minoris, quos veteres exiſtimarunt magnam copiã auri ſecum trahere.*

America. *Quarta pars eſt mundi, ſic dicta ab Americo Rege, vergit ad Occidentem, tota eſt fere ſub poteſtate Caſtellanorum, aliqua pars, quæ Braſilia vocatur eſt ſub ditione Luſitanorum.*

Delij. *Hi habitant Regnum Delinum incontinente, multis ac opulentiſsimis ciuitatibus abundat. Ex his ſunt illi, qui in dumetis & ſyluis vitam degunt, in contationibus ſatis dediti, & vocantur, Ioges.*

Patanes. *Sunt infiniti prope modum, dicuntur flumen exhaurire.*

Decani.

Decani. *Decani ſunt populi Gentilium, qui prope Goam habitant, Rex dicitur Hidalcamus, Maurus eſt, partim in continente, partim propemare ſiti ſunt.*

Oria. *Sunt qui incolunt terras fluuio Gangis adiacentes.*

Bengalla. *Sic dicitur Regnum a ciuitate principaliori, eſt iuxta ripas maris extenſum ad Auſtrum, interfluit illud Ganges, eſt rerum omnium abuntantiſsimum: incolitur a Gentilibus, qui totam ſuæ ſalutis ſpem in aquis Gangis collocant.*

Cambaia. *Guſarates habent hoc regnum, quod etiam valde eſt locuples, gens bellicoſa ſatis, etiam inter illos habitant Mauri, hîc eſt ſita arx Dienſis, ſemper Cambaiences infeſti fuerunt Luſitanis, ſed ſemper ab eis ſuperati. Iuſtinus in Trogo Põpeio aſſerit Porum Regem dominatum fuiſſe Regno Cambaiæ.*

Narſinga. *Alio nomine dicitur Biſnaga a quadam Ciuitati principaliori, quæ eſt Metropolis, ferax auri & argenti, & margaritarum, & rebus omnibus ad vitam neceſſarijs referta, reperitur in illa minerale Adamantorum: Multa alia de hoc regno referri ſolent.*

Gate. *Hic mons proprio nomine propter aſperitatem, ac altitudinem illius, caret, verum hoc nomine appellatur, quo Malabares quamcunque rupem vocant, per magnum ſpacium decurrit vſque ad promontorium Camorinum, inter rupem hanc, & mare Regnum Malabaricum iacet. vbi ſita eſt ciuitas Calecut rupes illa defendit Malabares a Narſinguis.*

Samorinus. *Eſt nomen appellatiuum Regis, non propriũ: ſic autem dicitur, quia eſt inter omnes Reges Malabricos potentior.*

Moneaydus. *Erat Maurus ex regno Tunicij ductus caſu ad illas Indiæ partes, quod Deus permiſit, vt ſalutem animæ lucraretur, cum ex lege Mahomæ impij ad legem Chriſti vene-*

rit

it fœliciſſime.

Orpheus. *De Orphæo aliqua diximus. Eius vxor Euri-lices dicebatur, quam rapuit Pluto ad inferos, ad quos ille deſ-endit, ibique cantu,& ſonu cythara ſic Deos deliniuit, vt ſuam nde liberam afferret Euridicem,ea tamen lege ne reſpiceret in tinere, quam legem cum illa non ſeruaſſet, ad inferos regreſſa ſt.*

Minius. *Fluuius eſt Luſitaniæ diuidens illam a Gallicia*

Cochinenſes. *De his omnibus iam ſupra diximus.*

Pythagoræ. *Fuit qui primus ſcientias docuit in Italia, nde tanquam Deus magna veneratione colebatur.*

Bragmanes. *Sunt Gentilium Sacerdotes, qui multis ntuntur ſuperfluitatibus, ac ſuperſtitionibus: deijs dicitur, quod Veneri ſatis ſuperque indulgent, nec vnquam carnibus vllis veſ-cuntur.*

Catuali. *Nomen eſt præfecti iuſtitiæ in Regnis Malaba-ibus.*

Turris Babylonica. *Alluditur ad confuſionem lingua-um, quæ facta fuit in ædificatione Turris Babilonicæ, ſicut nar-atur Geneſios cap.* 11.

Chymera. *Eſt mons in Licia, qui erumpit ignem, caput llius leonis, medium capræ, pedes aliorum vermium venenoſo-um. Vnde Gentilitas fingebat eſſe monſtrum, cuius caput erat eonis, venter capreæ, & cætera membra aliorum animalium.*

Bellerephon. *Bellerephon filius Neptuni dicitur inter-eciſſe hoc monſtrum.*

Iuppiter Amon. *Bacchus dum per Libiã cum ſuo exer-itu iter faceret, ſiti oppreſſus rogauit Iouem patrem, vt aquam xercitui daret, qui illi in figura Arietis apparuit,fontemq́ ape-uit, ex cuius aqua exercitus ſaciatus eſt,in tanti beneficij gra-*

tiam

tiam templum Ioui erexit, vocatum eſt templum Iouis Amon.

Ianus. *Erat clauiger cœli, dicitur habere duos vultus, alii anteriorem, alium poſteriorem.*

Briarius. *Hic fuit filius terræ, centum fingitur habuiſſe manus.*

Anubis. *Erat Idolum Ægyptiorum caput habens canis.*

Idaſpes. *Fluuius Indię, qui in Indum vna cum alijs quatuor fluminibus influit, & ciuitatem Niſam, vbi natus fuit Bacchus, ſubterlabitur.*

Imberbis. *Bacchus imberbis, & canus creditur, quia homines vino dediti imberbes & calui redduntur.*

Thyrſus. *Haſta eſt cooperta pampinis, & vitibus, ac hederę ramis, quæ Bacchi erant inſignia.*

Semelle. *Mater fuit Bacchi.*

Aſſyrium. *Hæc eſt Semiramis mater Nini, de qua præter alia, de quibus ſupra, narratur etiam quod in carminibus continetur.*

Folium. *Herba eſt, qua Malabares valde vtuntur, dicitur betre, plantaginis habet ſpecimen, nomen accipit a fluuio quodam, qui dicitur bethele, vbi eſt magna copia huius herbæ, non fructum, nec ſemen producit, ſed ſolum folia ad modum hederæ, non deglutitur, ſed ſuggitur, ſuccus maxime ſtomachi prodeſt infirmitatibus, & ſitim extinguit, additur illi parum calcis ex oſtreis combuſtis confectæ, quam vocant illi, chunambo, vt frigiditas herbę temperetur; ex venditione ac emptione illius ingentis ad Gazam Regiam accreſcunt redditus.*

Sol vbi. *Id eſt, in partibus Occidentalibus reſidens.*

Zelanda. *Vna eſt ex Inſulis maris Septẽtrionalis, adiacet continenti, ditiſſima eſt vna cum Olanda, iure pertinent ad Imperium Philippi Hiſpaniæ Regis, verum illæ rebellionem*

patiuntur,

atiuntur, & paſſæ fuerunt.

Ad Phæbeas. *Id eſt, vſque ad lineam æquinoctialem.*

Marcellus. *Fuit Scipio Africanus, qui Annibali reſtitit, & Carthaginem deſtruxit, vnde dictus Africanus.*

Nauis accola. *Id eſt, Noe.*

Canace. *Hæc perdite amabat fratrem Macharæum, & propter illum ſe interfecit, dum ſcriberet epiſtolam ad il-um calamum ad ſcribendum, gladium ad interemptionem te-nebat.*

Ezechias. *Tangitur hiſtoria Ezechiæ Regis Iſrael, de qua Iſaias cap. 38.*

Protheus. *De eo ſupra.*

ANNOTATIONES IN OC-tauum librum Luſiadum.

LVſus. *Filius Bacchi, a quo nomen accepit Luſitania.*

Duria. *Fluuius Hiſpaniæ, qui Caſtellam veterem interſecat & partem prouinciæ Beiræ in Portugallia, diuidit Prouinciam interamnenſem, a prouincia Extremitatis, & mare Oceanum ingreditur ad vrbem Portuenſem celeberrimã in hoc Regno.*

Eliſium. *Magna quæſtio fuit inter antiquos de loco vbi ſunt campi Eliſij, nam quidam illum eſſe dicebant in campis Thebanis, alij in Britannia, alij in concauo lunæ, ſed qui melius de hac re locuti ſunt, illum in Hiſpania inter Duriam, & Anatem ſtatuerunt, atque hunc locum deſtinatum eſſe illis, qui in hac vita ſe ſtrenue geſſerunt, & opera digna prælio exercuerunt, affirmarunt.*

 Laertius.

Laertius. *Vlyſſes ſic dictus ab auo Laerte, de hoc ſupra.*

Vlyſsipo. *Hæc inter omnes mũdi ciuitates nobiliſſima, ita vt nulli ſit nobilitate ſecunda, emporium totius orbis terrarum habitaculum omnium fere nationum, caput Regni Portugalliæ, aeris temperie florentiſſima, omniumque rerum ad victum humanum neceſſarium feraciſſima, ex portu illius ad varias mundi partes nauigatur, illumque appellunt eiuſdem mundi partium naues. Dicitur Vlyſſipo, vel ab Vlyſſe, vel vt alij volunt, Vlis bona ab egregio ac precioſo oleo, cuius eſt abundantiſſima. Hæc patria fuit ſancti Antonij de Padua, hic etiam ego ſum natus.*

Romulidas. *Multa his carminibus repetuntur, de quibus iam ſatis in ſuperioribus dictum eſt, atque adeo non oportet de illis iterum facere mentionem.*

Cum tempore Pyrrhi. *Pyrrhus Rex fuit Epyri, bella geſſit contra Romanos, qui inducias ab eo impetrarunt; & induciarum tempore ita benignus fuit ac beneficus, vt ad Romanos dona mitteret, huic ſecundum locum dabat Annibal inter duces.*

Caudinis. *Cum Romani prælia gererent contra Samnites, nunquam ab illis pacem potuerunt impetrare, quam ob cauſam Imperatorem conſtituerunt Claudium Porcium, qui poſtquam ſuos ad bellum eſt exhortatus, ſtratagemma indagauit admirabile, nam decem milites paſtoritio habitu indutos obuios Romanis miſit per agros, qui interrogati vbi nam eſſent Samnites, vna voce reſponderent eos eſſe in Apulia, vt contra Lucerios præliarentur, ecce Romani quam primum exercitum inſtruxerunt, vt Lucerijs auxilium ferrent, erat autem Romanorum Imperator Eſpurius Poſthumus. Cum iter faceret exercitus, & perueniſſet ad locum, quem vocabant Furcas Caudinas,*

linas, vel propter oppidum vicinum, quod Cauda dicebatur, vel quia anguſtus erat, obſeſſus fuit a Samnitis eo periculo, vt penitus omnes deperirent, niſi Dux eas accepiſſet conditiones infames, quas Samnites propoſuerunt, quarum vna fuit, vt omnes ſub iugo tranſirent.

Cereris vrbem. *Id eſt, Carceres.*

Molaris portus. *Eſt oppidum in prouincia Extremitatis, quod a Luſitanis dicitur Porto demòs,*

Acyla. *Eſt Cepta ita dicta a columna quam ibi poſuit Hercules, quæ eo nomine ſignificatur.*

Pontificem. *Hic erat dominus Matthæus Epiſcopus Vlyſſiponenſis, qui Salaciam obſedit, atque ope Anglorum illam cæpit, omneſque Mauros interfecit.*

Magiſter. *Hic fuit Pelagius Correa Luſitanus, qui contra Mauros in Algarbijs pugnauit, ciuitateſque Syluenſem ac Tauillam in eadem prouincia ſitas expugnauit.*

Vide ſocios. *Hi fuerunt Conçalus Rodriguez Ribeiro, & Vaſcus Annes collactaneus Mariæ Regis Caſtellæ, & Fernandus Martinz Scalabitanus, qui mirifice in rebus arduis, & bellicis ſe geſſerunt in varijs Europæ partibus.*

Hic patriam. *Eſt Nonius Pereira, de quo ſupra late.*

Sic quoque Pompilius. *Hic fuit ſecundus Romanorum Rex, qui poſt plurimas victorias ex hoſtibus comparatas otio ſe dedit, ac rerum cœleſtium meditationi, & in eam ſuperſtitionem deuenit, vt cum hoſtes terras, & regnum ſuum inuaſiſſent, & Romani ad eum ad expulſionem hoſtium clamaſſent, reſpondit. Ego ſacrifico.*

Brigantia. *Ciuitas eſt Luſitaniæ in Beiræ prouincia, nomen dedit ſtatui & potentatui Brigantino, quem erexit & fundauit Nonius Pereira.*

Londralis. *Oppidum eſt in Transtagana prouincia. Narrant Annales, quod cum Petrus Rodriguez Dolandroal ſciret certo monitu pueri duos Magiſtros Calatrauæ nimirum, ac Alcantaræ cum manu valida ad diripiendos agros, oppidaque Portugalliæ deſcendiſſe, ipſum illis obuiam cum paucis Luſitanis veniſſe, ac penitus profligaſſe, ac in fugam dediſſe.*

Pelagius. *Hic fuit Pelagius Rodriguez Marinus Præfectus arcis oppidi de Campo maior in confinibus Portugalliæ, qui fefellit Ægydium Fernandez, & fecit contra fœdera inter ſe inita, nam hominem per fraudem comprehendit, ac vinclis alligauit, & poſtea ex captiuitate per magnam pecuniæ aurique copiam ſe liberauit, deinde Ægidius inſidias parans Pelagio inter oppidum Eluenſe, & Campum maiorem illum accepit, ac occidit.*

Xarenſem. *Hic Ægidius Fernandes ingreſſus cum exercitu fuit Regnum Vuandaliæ, & multas ſtrages in illum edidit, & præſertim oppidum Xarenſe profligauit, & in certamine, quod habuit cum Xarenſibus victor euaſit, & magnam armentorum prædam tulit.*

Colle quadringentis. *Almadia cum eſſet obſeſſa mari terraque a Caſtellanis, & multa damna toleraſſent, ac ſiti maxima premerentur, aquam ad ripam maris quærentes per rupes inacceſſibiles deſcendebant, his, qui ſeptemdecim erant, inſidias tetenderunt Caſtellani, ſed illi inter eas rupes contra hoſtes ita acriter pugnauerunt, vt multos interficerent, & omnes vulnerarent.*

Alcacerem. *Ioannes Alphonſus Meneſius Comes Vianne ad Caſtellam defecit, ſed mortuus fuit in prælio Algibarrotenſi, reliquitque filium Petrum in Portugallia, quem Ioannes*

Rex

Rex Portugalliæ licet magni fecerit, nunquam tamen titulum Comitis conceſsit, niſi poſtquam Ceptæ arcem mirifice gubernauit, quam a tota Maurorum obſidione defendit, & poſtea cepit arcem Oppidi Alcaceris.

[illegible] Terram Auſtralem intelligimus, in qua apparent hæc ſydera, Lepus, Argos, Hydra, Ara.

Liquidum ſtagnum. Id eſt mare Oceanus, ad imitationem Virgilij, qui ita mare vocat.

Thraicius. Priamus dum dira Græcorum diuturnaque obſidione premeretur, miſit filium Polydorum in domum, & Regnum Polymneſtoris Regis Thraciæ, maxime ſui familiaris, & magnam auri copiam ſecum detulit, vt tandē poſt Troiæ euerſionē mœnia aliquando reſtituere poſſet, Rex tamen puerum Polydorum occidit, omneſque diuitias, quas ſecum duxerat, rapuit.

Acriſij. Acriſius Rex Argiuorum, cum Danaem filiam cuſtoditam ſeruatamque vellet in turrim altiſsimam incluſit, ſed illi nihil profuit, nam Iuppiter in figuram nubis aureæ ſe conuertit, & in ſinum illius cecidit., qui illam defloravit.

Tarpeia. Filia fuit Tarpei Romani, quem præfectum arcis Romanæ Romulus primus Rex Romanorum conſtituit. Hæc ob nimiam auiditatem, quam concepit ex manicis aureis, quas illi oſtenderunt Sabini, ordinauit, quemadmodum Sabini arcem caperent, ſed non illi fortunate res contigit, nam interfecta ſtatim fuit, & caſtellum hodie ab ea dictum eſt Tarpeium.

ANNOTATIONES IN NOnum librum Luſiadum.

IAcobus. *Hi duo erant Luſitani, quibus cura erat demandata vendendi merces, quas Gama afferebat.*

Arſinoe. *Xues olim Arſinoe dicebatur ex nomine cuiuſdam filiæ Ptolomæi Regis Ægypti, qui illam ædificauit.*

Guidda. *Portus eſt ex quo ſoluunt naues Mechenſes, quas Mauri Calecutienſes expectabant ad excidium nauium Luſitanarum.*

Bandæ. *Hoc nomine quinque Inſulæ ſignificantur, quas Mauri, Gentileſque incolunt, iacent inter Iaum & Maluchum: producunt nuces, quas noſtrates vocant Nuſcadas, flores ſunt maſſa, quam in magno precio habemus, nam eſt excellentiſsima aromatum ſpecies eorum quæ ex India mittuntur ad nos.*

Cariophilla. *Cariophillum nigrum producitur in Inſulis Malucanis, de quo ſupra.*

Auſtrinam. *Per metam Auſtrinam intelligimus promontorium bonæ ſpei.*

Timiditer. *Nautæ ſemper verſantur in timorem & lætitiam, timent namque tempeſtates, & naufragia, atque alia maris infortunia, lætitiam accipiunt, cum pergunt ad patrias.*

Cypria. *Id eſt, Venus, quæ in Cypro Inſula maxime colebatur.*

Chryſtalli. *Id eſt, in mari.*

Puero. *Id eſt, Cupidini.*

Idaliæ. *Id eſt, Veneri, quæ in monte Idæ venerabatur.*

Prolem Anchiſes. *Id eſt, Æneam, hiſtoria eſt Virgilij primo Æneados, quod cum Æneas actus tempeſtatibus*

veniſſet ad Carthaginem, vbi imperabat Dido, Venus modum indagauit, quo Dido arderet in amorem Æneæ, vt ſic pectus Didonis vulneraret.

Taurinum. *Dido ſeu Elyſa nupta fuit Sichæo Regi Phenicia, quem Pigmaleon frater ipſius Didonis interfecit ductus multitudine ac copia auri, quod Sichæus poßidebat, at cum hoc agnoſceret Dido omnes ſuas diuitias congregauit, & in nauem aſcendit, fugiens furorem fratris, appulitque Carthaginem, & iniuit fœdus cum Hiarba Rege, vt illi daret locum, quantum corium bouinum occupaßet, quod illa in minutiſsimas partes diuidens ædificauit ciuitatem Carthaginis.*

Aues quæ. *Sunt Cygni, de quibus narratur quod mortē cantu ſuauißimo prædicant.*

Periſtera. *Cum Venus & Cupido certatim flores colligerent, quædam puella dicta Periſtera, cum videret puerum plures flores colligere, matrem adiuuauit, vnde iratus Cupido illam conuertit in columbam.*

Actæum. *De eo iam ſupra.*

Philaucia. *Id eſt, amor proprius.*

Biblim. *Hæc Caunum fratrem ſuum perdite adamauit, & cum ille ſororem reliquiſſet, ob nimium planctum conuerſa fuit in fontem, alij dicunt ſuſpendio vitam finiuiſſe.*

Myrrha. *Filia fuit Cyniræ, quæ patrem impudico proſecuta eſt amore, quod in cauſa fuit, vt conuerſa fuerit in arborem, quæ modo dicitur myrrha.*

Ninus. *De Nino, deque iuuene Hebræo, id eſt, Amone filio Dauidis iam ſupra dictum eſt.*

Vulcania. *Vulcanus cum ſentiret Venerem vxorem ſuam contra illum adulterium committere cum Marte, retem ferream ſubtilißimam fecit, & cum illa vtrumque comprehen-*

dit, quos non dimiſit, quouſque ab omnibus in adulterio comprehenſi viderentur.

Dione. *Id eſt Venus.*

Tiphæus. *De his omnibus iam ſupra dictum eſt.*

Nectarea. *Id eſt candidi atque albi, ſicut nectar.*

Phaetontis. *Iam ſupra diximus cygnos ac columbas currum Veneris trahere, dicuntur autem cygni plorare mortẽ Phaetontis, nam fabula narrat, quod quando Phaeton è cœlo cecidit Cygnus Rex Liguriæ tanto dolore ob illum caſum affectus fuit, vt conuerſus à Dijs in cygnum auem.*

Giganteam. *Hæc fama eſt quæ gigãs dicebatur, quia ſoror erat gigantum, qui in Deos conſpirarunt.*

Acidalia. *Venus eſt de qua ſupra.*

Latona. *Iam de hac re ſupra dictum fuit. Poetæ fingunt Inſulam Delos in mari mediterraneo mobilem fuiſſe, ſed poſtquam Latona in ea peperit Phœbum, & Phœbem, immobilem manſiſſe.*

Daphnis. *Fingunt Poetæ Darphnim filiam fuiſſe Penæi fluuij, illique valde deditum fuiſſe Apollinem, cum tamen Apollo illam rapere vellet, & in fugam conuerſam fuiſſe in arborem laurum, quia autem fuluis decorata erat crinibus, inde dicitur fluctus illos eſſe etiam fuluo colore ornatos.*

Platanus. *Cæca gentilitas idolis ſuis etiam arbores ſacrificabat, platanum Herculi Apollini laurum, Veneri Myrthũ, Cybellæ pinum. Nam Atis, quam ipſa diligebat conuerſa fuit in hanc arborem, illa enim ab eo petijt, vt caſtitatem coleret, ille vice verſa turpi ſe dedit amori, ita vt pene in furorẽ deuenerit, vnde conuerſus dicitur in pinum.*

Pomona. *Dea erat fructuum, ac pomorum.*

Poma

Poma *Hæc ſunt poma Perſica, de quibus dicitur quod in Perſia veneñoſa ſint, at in alijs Regionibus dulciſſima, verum hoc falſum eſt, vt experientia conſtat.*

Achemenia. *Id eſt Perſia, vbi tæpetia elegantiſſime texuntur.*

Cephiſius. *Eſt ſpecies lyrij, in quod conuerſus creditur a Poetis Narciſſus, filius Liriopis, & fluuij Cephici.*

Cyniræ. *Id eſt Adonis, quem filium, & nepotem Cyniræ vocant poetæ, nam illum genuit ex filia, quam ſupra Mirtham vocauimus. Huic valde addicta erat Venus, & cum ipſe venationi incumberet, incidit in porcum, qui illum interfecit: vnde affecta dolore Venus conuertit illum in lyrium pallidum.*

Ephyre. *Filia Oceani, & Thetidis.*

Hymæneos. *Hic Deus erat nuptiarum, ſumitur a Poetis pro ipſis nuptiis.*

Indigetes. *Priſci mortales varia nomina imponebant famigeratis hominibus, quos ad cælos euolaſſe credebant, quoſdam enim ſemideos dicebant, vt Æneam, Herculem, atque alios quoſdam indigetes, id eſt inter Deos agentes, alios magnos, vt Iouem, Apollinem, Neptunum, atque alios huiuſmodi.*

ANNOTA-

ANNOTATIONES IN DE-cimum librum Luſiadum.

Lariſſea. *Hanc interfecit Apollo, cum maxime illam amaret, putans eſſe adulteram, vocata fuit Lariſsea, a Lariſſa ciuitate Theſsaliæ.*

Themiſtitanus. *Nomen eſt ciuitatis Mexicanæ in India Occidentali, hæc habet circa ſe multos fontes, ex quibus magna copia aquæ dimanat, quæ lacum ingentiſsimum faciunt, quem Geographi vocant Themiſtitanum.*

Stagnis naturalibus. *Mare eſt, cætera namque ſtagna aquam non habent natiuam, ſed aliunde emendicatam, mare autem habet aquam naturalem.*

Ambroſia. *Eſt cibus Deorum.*

Fama Ægyptia. *Cleopatra Regina Ægypti magnificentiſsimum conuiuium Marco Antonio dedit, quod celebratum fuit in toto mundo.*

Abradit lima. *Sunt vaſa vitrea, vel cryſtallina, quæ ſine vſu limæ fieri ſolent.*

Soccus. *Calceamentum erat fœminarum, quibus in comedijs vtebantur, inde pro Comædia etiam ſumitur. Cothurnus eſt virorum calceamentum, quod nobiliores vſurpabant, & in Tragędijs erat illorum vſus, inde pro Tragædia accipitur.*

Iopus. *Maximus fuit in Africa muſicus, quem Virgilius finxit decantaſſe in eo conuiuio, quod Æneæ Dido præparauit.*

Demodocus. *Hic erat oriundus ex Inſula Pheacum, quam*

uam modo vocant Gulfo, cantauit in conuiuio quod Alcionas ex eiuſdem Inſulæ dedit Vlyſſi.

Sacerdotij. *Hic eſt Rex Cochinenſis, qui cum ex Brag-ianorum ſanguine eſſet, ſimul erat Gentilium Rex, & Sacer-os, ille primus recepit in India Luſitanos, quam ob cauſam ιulta damna paſſus fuit a Samorino Rege Calecutij, ſed ope uſitanorum ſemper victor euaſit, & ad ſublimius imperium ſcendit.*

Pachecus. *Iacobus Pachecus defendit animo admira-ili Regem Cochinenſem, illum autem hic merito ob admiran-la facta in his prælijs vocamus Achillem Luſitanum, & ob ma-cimas victorias, quas niſi auxilio diuino poterat ex hoſtibus re-ortare.*

Cambalano: *Locus eſt in terris Samorini quo fit tran-tus ad Inſulam Cochinenſem, in quo Pachecus ingentes ſtra-es edidit in Nayres Samorini.*

Ille Maratonijs. *De his iam diximus ſupra, illi vero ιnt Greciæ campi, in Regione Attica.*

Thermopylæ. *Ediam dictum eſt ſupra.*

Horatius. *Hic eo anno quo Romani repulerunt Reges, enit in auxilium Tarquinij porſenæ Regis Tuſciæ, qui cum vel-et tranſire Tybrim per pontem, clamans petiuit a Romanis fu-ientibus vt pontem ligneum deijcerent, ſed nullus regreſſus fuit ræter ſpurium Lucretium, & Titum heminium, quibus conſu-uit, vt pontem deſererent, ipſeque ſolus in eo remanſit, & pon-em deiecit in fluuium, in quem ipſe etiam præcipitatus fuit, ſed ando vitam euaſit, in huius beneficij gratiam Romani ſtatuam lli erexerunt.*

Fabius. *De hoc dictatore iam diximus, quod per moram, & cun-*

& cunctationem iram Annibalis repreſſit, vnde ortum eſt, quod illle in Apuliam abiret, ibique iacturam & famæ, & bonorum fecerit.

O Bellazari. *Hic tempore Iuſtiniani Dux fuit, qui Aſiam expugnauit tempore quatuor menſium, & multas in Italia comparauit victorias, & tamen impiam pro his mercedem reddidit Imperator, illum namque in vincula coniecit, & in exiliū miſit.*

Aiacis. *Poſt mortem Achillis magna fuit decertatio inter Aiacem & Vliſſem de armis illius, quæ datæ fuerunt Vlyſſi eloquenti, & negata Aiaci fortiſſimo.*

Ecce alius. *Hic fuit Franciſcus Dalmeida, & filius Laurentius de quibus iam ſupra dictum eſt.*

Chaulis. *Chaul eſt ciuitas ditionis Luſitanæ in India ad partem Aquilonarem, habet etiam arcem fortiſſimam.*

Myrhocænus, *Maurus fuit præfectus claſſi Cambaiæ, contra Luſitanos, quem Almeida bello nauali ſuperauit, ac deſtruxit.*

Caſsius. *Dux exercitus Cæſaris, qui in Macedonia prope locum Durazum, vbi prælium inter Cæſarem, & Pompeium conſerebatur, dum cuſtodiret oſtium ciuitatis, & magnæ copiæ hoſtium in eum irruerent, & cum iam oculum amiſiſſet, multaque vulnera aduerſo marte accepiſſet, nunquā ſe tradere voluit.*

Dabul. *Oppidum eſt Maurorum in ora Indica ad Aquilonem, non longe a Goa, ſæpius a Luſitanis expugnatum.*

Meliquus. *Dux etiam erat Maurorum, & præfectus claſſis Cambaiæ, quē Almeida penitus profligauit, ac interfecit.*

Promontoria Nymbis. *Eſt promontorium bonæ ſpei, quod per ſynecdochen ponitur in numero plurali.*

Cunha. *Eſt Triſtianus a Cunha, qui has Ciuitates ſolo*

æquauit

*quauit Dux fortunatiſſimus, primus, dum in Indiam nauiga-
it, incurrit in illas tormentoſas inſulas, quæ ab illo nomina ac-
eperunt forte nullæ aliæ ſunt iſtis proximiores Auſtro, noſtri
tantum poſſunt illarum conſpectũ fugiũt cũ ad promõtoriũ bo-
æ ſpei adnauigant.*

Laurentius. *Eſt Inſula S. Laurentij, quam alij Mada-
aſcar appellarunt.*

Alburquerquius. *Multa facinora de Alphõſo Alburquer
uio Luſitano narrãtur, breuiter illa tangimus his carminibus.*

Malcatis. *Hæc omnia oppida ſunt Arabiæ fælicis.*

Barennices. *Inſula eſt mari Baſſoratico, quæ vocatur
arem, capta fuit iam a Luſitanis, ea plena eſt gemmis, marga-
itis, & omni lapidis pretioſi genere.*

Ægyptia. *Dicitur S. Catharina Ægyptia, quia fuit nata
Alexandria, quæ eſt in Ægypto. In die autem S. Catharinæ
apta fuit ſecundo ciuitas Goenſis.*

Sylueſtris. *Hoc dicimus quia Alphonſus Alburquerquius
uſpendit militem quendam, quia ingreſſus fuit ad ſuam ancil-
am, quam Goæ captiuauerat.*

Camphacis. *Iuſſit Alexander Appelli, vt vultum cuiuſ-
am fœminæ, quæ Cãphaces dicebatur, depingeret, ac exprime-
et, Apelles autem illi valde ſe tradidit, quod cum præſentiret
lexander qui illam adamabat, nõn ſolum illum nõ puniuit, ſed
lam in vxorem ei dedit.*

Araſpe. *Cum bellũ inferret Cyrus Perſa Aſſirijs, eoſq́;
uperaſſet, nihil ex præda voluit præter pulcherrimam fœmi-
am, quæ Parthea vocabatur, ſed cum ille irretitus eſſet multis
egotijs, noluit vti fœmina, ne ad victorias comparandas eſſet illi
mpedimẽto. Amicũ habebat Cyrus Araſpã, qui Regẽ ignauiæ &
uſillanimitatis incuſabat, quod fœminã propter prædictã cauſã nõ
videret*

videret, addebat etiam ſe non eſſe illius conditionis, neque enim a Cupidine ſe eſſe ſuperandum affirmabat. Quare Rex illam cuſtodiendam tradidit Aroſpæ, qui ita pulchritudine illius captus fuit, vt amori reſiſtere non valeret, & ille in magna incommoda incidiſſet niſi Cyrus remedium ante adhiberet, tradidit namque illam vxorem illi, ac ipſum ad maxima negotia Regni deſtinauit.

Juditha, *Baldouinus primus Rex Belgiæ tempore Caroli II. Romanorum Imperatoris ſub eius vexillo militabat, & rapuit Iuditham filiam Imperatoris, quod ille prudentiſsime diſsimulauit, & illi in vxorem copulauit, & ducem conſtituit illius Regni, quod ille in omnibus amplificauit.*

Suares. *Fuit Indiæ Gubernator poſt Alburquerquium, & cum claſſe fretum Erithræum ingreſſus fuit, arcemque Columbenſem in Inſula Tapobrana erexit, multaque alia memoria digna geſſit.*

Medina. *Locus eſt paruus, qui non multũ diſtat a Guidda in ora Arabiæ.*

Abaſſia. *Imperium eſt Præbyteri Ioannis in Africa, portus aliquos in mari Erithræo habet, vt Cuaquem, Arquico, atq; alios. Luſitani Sacerdotes, & præſertim ex Societate Ieſu ad illud miſsi fuerunt, vt fidem Chriſti diſſeminarent, & ad ritum Romanæ eccleſiæ reduceren, ſed nihil profecerunt. Modo Patriarcha D. Alfonſus Mendes mittitur, & Epiſcopus D. Iacobus ſequo ad eaſdem Regionẽ ex Societate Ieſu.*

Barbora. *Eſt etiam Ciuitas ſub poteſtate Præsbyteri Ioannis prope zeilam; quia vero Luſitani zeilam innaſerunt, & combuſſerunt viginti naues in ſuo portu exiſtentes, anno ſequenti deſtructa etiam fuit Barbora.*

Siqueira.

Siqueira. *Didacus a Siqueira ſucceſſit Soario, qui etiam*
greſſus fuit mare Erithræum.

Sabba. *Imperium eſt Præsbyteri Ioannis, quod gloriatur*
iginem ducere a Regina Sabba, quæ Caudacis dicebatur, de
a in Sriptura ſacra fit mentio.

Meneſius. *Iacobus Meneſius ſucceſsit Siqueiræ, cum*
ius in Mauritania edidiſſet multa contra Mauros facinora, Ga
ı verò Meneſio, Gamæ alter Henricus Meneſius.

Caulete. *Oppidum in ora Malabarica, quam modò Pa-*
ne vocant.

Maſcaregna. *Hic debebat ſuccedere Meneſio, ſed qui-*
ſdam perturbationibus præhabitis, ſucceßit Lupus Vas de Sã-
io inſignis Indiæ Dux, qui forte nulli hactenus fuit ſecundus,

Bachanoris. *Eſt Oppidum in ora Malabarica.*

Cutiale. *Præfectus erat claßi Malabarium.*

Syluerius. *Hector Syluerius Dux Luſitanus, qui tempo-*
Lupi Vas de Sampaio magnam de Mauris Dieſibus, & Chau-
ıſibus reportauit victoriam.

Guzaratibus. *Hi populi Cambaiam olim habitarant,*
nc fere iam ſunt extincti, nam Mogores fruuntur diuitijs
ımbaiæ.

Cunha. *Sampaio ſucceßit Nonius a Cunha, qui octo an-*
Indiam gubernauit, & arcem Dienſem cæpit, interfecitq́;
ltanum Badurem Regem totius Cambaiæ, cœpit & Baſſainã
:em, Melique in fugam conuertit, ac profligauit.

Poſt Cunham. *Cunhæ ſucceßit Dominus Garcia de*
ɔronha.

Rumes. *Turcæ ſunt, qui a Roma ita nominati dicun-*
.

Antonius. *Antonius a Sylueira defendit arcē Dienſe admirabili animi magnitudine a magno Turcarum exercitu qui terra, mariq; obſidebant arcem.*

Stephanus. *Norognę ſucceſsit Dominus Stephanus d Gama filius Gamæ, qui viam Indiæ nobis primus aperuit.*

Martinus. *Illi ſucceſsit Martinus a Soſa vir ſtrenuiſsimus, qui tam in Braſilica Regione contra Braſilienſes, quam eti in ora Portugalliæ contra Gallos ſe ſtrenuiſsime geſsit, Damani in India hic diripuit in ora Cambaiæ, & coegit Regem Cābai dari Luſitanis arcem Dienſem, & Magores fugauit, & Regen Calecutij penitus profligauit, & Cutialem in mari euertit, eiuſ que claſſem ſubmerſit, & poſtea Beadalem præfectum claſsis oc cidit, & tunc Prorex Indiæ electus eſt, Prorex vero Oppidū Ba ticalenſe ſolo æquauit, quod eſt in principio oræ Malabaricæ, non longe a Goa.*

Caſtrus. *Domiuus Ioannes a Caſtro ſucceſsit Martino Soſa, hic vires Guzarorum omnino perfregit.*

Maſcaregna. *Hic erat Dominus Ioannes Mazcaregna Dux ſtrenuiſsimus, qui eodem tempore præfectus erat arci Dienſi, quam defendit a Turcis, & ab alijs, qui ad illam expugnandam conuenerant.*

Baſiliſcos. *Erant tormenta bellica, quæ a Turcis afferebātur ad deſtructionem arcis Dienſis, quibus hæc nomina ipſ Turcæ impoſuerunt.*

Natu Maior. *Dominus Fernandus a Caſtro filius maio Ioannis a Caſtro Proregis, Dominus autem Aluarus erat natu minor.*

Barochis. *Oppidum eſt inſigne in ora Cambaiæ intra fretum illius.*

Hydalca-

Hydalcamus. *Rex eſt omnium ciuitatum, quæ ſunt in-*
ntinenti ciuitatis & Inſulæ Goenſis, hic valde infeſtus fuit o-
m Luſitanis, ſed ſemper ab eis ſuperatus, nomen eſt appellati-
um, non proprium.

Ecce globum. *Deſcribitur his carminibus globus ſeu*
hæra mundi ſuperioris.

Archetypus. *Id eſt, exemplar primum, & præcipuum*
erum omnium.

Empyreum. *Primum cœlum ſedes beatorum, non mo-*
etur, dicitur empyreum quia ignitum eſt.

Pſalmographus. *Id eſt, Dauid, qui multas eſſe Ange-*
rum cohortes in ſuis pſalmis cecinit.

Draconis. *Eſt diabolus, qui ſuperbia elatus cecidit, tra-*
itque ſecum tertiam partem ſtellarum, id eſt, ſpirituum beati-
corum.

Alter. *Hoc primum mobile eſt.*

Circum. *Poſtea ſubſequitur cœlum quod vocant trepi-*
lationis, poſtea firmamentum, in quo ſunt ſtellæ fixæ.

Zona aurea. *Eſt Zodiacus, in quo ſunt ſigna duodecim*
œleſtia.

Cynoſura. *Nomina iſta ſunt ſtellarum, quæ ſunt in fir-*
namento, quæ Ptolomæus Rex Ægypti maximus Aſtrologus con-
iderans his nominibus appellauit ſemper reſpiciens ad figuram,
quam oſtendebant.

Saturni. *Poſt firmamentum ſubſequitur cœlum Satur-*
ni, deinde Iouis, poſtea Martis, quartum locũ occupat Sol, deinde
Venus poſtea Mercurius, ac tandem Luna.

Manamotapa. *Eſt regnum in Africa Orientali, incon-*
inenti multo abundat auro, iam expugnatum fuit a Luſitanis.

Gonçallo. *Gonçallus a Sylueira vir ſanguine illuſtris, virtute illuſtrior ex Societate Ieſu in his Regionibus, vt Æthyopes ad fidem Chriſti conuerteret, martyrium paſſus eſt, & tellurem ſuo ſanguine conſecrauit, de eo multa ſcribuntur.*

Nhaia. *Hic Petrus Haia dicebatur, & Caſtellanus erat, qui in Portugalliam venerat, & Luſitanorũ vires ac magnanimitatem æmulatus, miſſus fuit a Rege Emmanuele in Sophalam, cuius vrbis primus Dux fuit, illamque ſtrenuo animi robore defendit.*

Crocodillum. *Animal eſt marinum ingentis magnitudinis, maxillam inferiorem non habet, vt homines capiat, plorat vt homo, in Cymbis etiam nauigantes corripit, & odorem inſignem emittit, quo præcognito fugiunt homines illorum raptus & inſidias, capiuntur autem multis modis.*

Meroe. *Inſula Nili Metropolis aliarum, quæ in illo reperiuntur, & fuit Regni Ægypti caput.*

Filius. *Dominus Chriſtophorus a Gama filius minor Domini Vaſci da Gama in Regno Praesbyteri Ioannis martyrium paßus eſt, poſtquam admiranda geſsit facinora, de eius morte multa paßim ſcribuntur.*

Rapti. *Fluuius hic naſcitur in terris Præsbyteri Ioannis in monte, quem vocant Garum, mare ingreditur ad oppidum Quilmance ſitum in ora Africæ Orientalis, non longe a Melinde.*

Guardaſum. *Hoc promontorium dicebatur Aromata, Africam claudit, diuiditque ab Aſia in faucibus maris Erithræi.*

Xueſium. *Ciuitas eſt vltima in mari Erithræo, quã inceluiſſe Heroas aßeruerunt nonnulli.*

Synai. *Moons eſt Arabiæ in Aſia, in quo ſepulchrum eſt*

S. Catha-

S. Catharinæ Alexandrinæ.

Torum. *Locus eſt prope mare in ora Arabiæ, qui alios ſuperat amænitate, & rerum abundantia, de Gidda iam dictum eſt, quod ſit portus maritimus non diſtans a Mecha, vbi dicitur eſſe infame cadauer Mahometi.*

Adem. *Ciuitas eſt ampliſſima, ad oſtia maris Erithræi.*

Arſiræ. *Rupes eſt altiſsima, quæ tota lapidea eſt ſine vlla arbore, ac herba, & ſuper quam tribus vel quatuor annis pluuia non cadit.*

Fartaque. *Promontorium eſt in Arabia fælici, diſtans ab Adem centum leucis, eſt etiam ibi ciuitas quæ Fartaque nuncupatur, & totum Regnum etiam hoc nomine appellatur.*

Doſarem. *Doſar ciuitas præcipua eſt in ora Arabiæ prope promintorium Roſalgate, in quo incipit Regnum Ormuſium.*

Caſtelbranci. *Fuit Dominus Petrus a Caſtelbranco Dux Ormuſij, qui multas ibi de Turcis aſſecutus eſt victorias.*

Moncandanum. *Eſt promontorium olim dictum Aſſoborum, a quo incipit Regnum Perſiæ.*

Tygris, & Euphrates. *Duo ſunt famoſiſſimi mundi fluuij, influunt ſimul in mare Perſicum ad inſulam paruam, quæ dicitur Cargem, latiſsimus vterque eſt ingreſſus maris, ita vt terra alterius partis ex altera parte non appareat.*

Gerum. *Hæc eſt ciuitas Ormuſia, & nomen eius proprium.*

Meneſij. *Lara, & Ampaza ſunt Ciuitates Perſiæ, ab incolis Dominus Philippus de Meneſes, & Dominus Petrus de Soſa, magnos reportarunt triumphos, dum arcis Ormuſiæ eſſent præfecti.*

Iuſque. *Eſt promontorium extra fauces freti Perſici,*

vnde India incipit, vocatum quondam fuit Carpella, terra ver illius vocata Carmania.

Indus. *Notiſsimus Indiæ fluuius, naſcitur cum Gang in monte Peropaneſo, qui eſt pars montis Tauri.*

Vlcinde. *Vlcinde finitimum Regnum eſt Regno Ormuſio, accolæ Mauri ſunt, & abundat rebus neceſſarijs ad vitã humanam, piſcationibus præcipue operam nauant.*

Iaquetis. *Oppidum eſt in Regno Cambaiæ in ora Maris, vbi fretum eſt Cambaicum, vbi æſtus ita furioſe decurrit, vt ſi non inueniat Cymbam paratam, & ſibi aduerſam, ſed tranſuerſam, quam primum ſubruat, ac ſubmergat.*

Camorini. *Promontorium eſt Camorinum dictum Pori olim, de quo ſupra multoties.*

Melliaporis. *Ciuitas eſt in ora Bengallæ, vbi Apoſtolus Thomas pro Chriſto mortem oppetijt, nunc eſt ciuitas Cathredalis.*

Fila nequiſsima. *Bragmanes Sacerdotes ſunt gentiliũ, ſignũ Sacerdotij ſunt fila, quæ ad modum ſtollæ a parte ſiniſtra in dextrã partem ſuſpendunt dum iam ſunt ætate grandes, nam pueri pro filis corrigijs vtuntur. Mille alias habent ſuperſtitiones, ac vanitates.*

Orixa. *Regnum eſt Bengallæ, paucos habet portus, littora namque ſunt rupibus obſita, diſtat a Chatigone centum leucis, interfluit vtrumque Regnum Ganges, atque inde mare ſubintrat.*

Arraconis. *Rex huius Regni, atque accolæ ſunt Idolatræ, eſt auri, argentique, ac margaritarum abundantiſsimum, ad continentem maxime protenditur, multa de accolis narrantur.*

Pegu.

Pegu. *Regnum eſt finitimum Arraconi, eſt etiam diuiſsimum, in continẽte eſt magna copia auri, argenti, ac rubinorum, reperiuntur aliæ gemmæ precioſiſſimæ.*

Tanaym. *Poſt Regnum Pegù ſubſequitur Regnum Syonis, cuius gens eſt etiam Idolatra, vſque ad fines Synarum protenditur, in eo præcipua ciuitas eſt Tauani, & Thenaſarina, multa Regna ſunt ſubiecta Regi Syonis.*

Menandum. *Eſt fluuius interſecans Regnum Syonis, naſcitur ex quodam ingenti lacu, qui ab accolis dicitur Chimij.*

Iaos. *Hi omnes ſunt ſylueſtres, & viuunt in deſertis, & Syluis inter bruta animantia ſine Rege, & ſine lege.*

Camboyæ. *Regnum eſt maritimum, ſubiectum Regi Syonis.*

Champa. *In hoc naſcitur lignum verum Calambaicũ, propinquum illi eſt aliud Regnum, quod noſtrates vocant Couchiclina, ad quod noſtræ naues non poſſunt appellere propter vada, & ſcopulos, quibus tota fere illius ora ſcatet.*

China. *Imperium eſt latiſsimum, ita vt a polo Arctico vſque ad Auſtrum protendatur per 740. leucas, de eo paſsim multa.*

Çingula. *Intelligimus Tropicum Cancri.*

Iapponis. *Eſt celeberrima Inſula Iapponia, quæ vere dicenda eſt Cypponia, de ea etiam multa ſcribuntur, dicitur ſacra ſanguine miſſorum, id eſt patrum Societatis Ieſu, quos hic miſſos nominamus, quia in his miſsionibus tota ſuæ vitæ ratio præcipue conſiſtit.*

Ignacius. *Eſt S. Ignacius de Loyola fundator Societatis Ieſu, quem annis elapſis Paulus V. Pontifex Maximus in ſanctorum Albeolum retulit; Gregorius XV. anno de 1622. ſui*

Pontifi-

Pontificatus 2. Canonizauit.

Tydorem. *Sunt Inſulæ Malucenſes, in quibus magna Ceriophilli nigri copia reperitur, erant olim ſubiectæ ditioni Luſitanorum, & habebant in eis arces fortiſſimas.*

Bandam. *De hac iam ſupra.*

Borneum. *Inſula eſt in eodem Archipelago magna ſatis, abundat Camphora, eſt in ea ciuitas eiuſdem nominis.*

Tymorem. *Hæc etiam magna eſt, hic producitur lignum, quod ſandalum vocatur.*

Maſſa. *Eſt quam nos vocamus Ambar, naſcitur in profundis maris partibus in arboribus, & cum mare fluctibus concutitur, ad littora venit.*

Memorabile factum. *Narratur quemadmodum Fernandus Magalhaneus defecit ad Regem Caſtellæ, atque iter aperuit per fretum incognitum ad Malucenſes Inſulas. Res eſt notiſſima omnibus.*

Orbe Caliſti. *Eſt polus Antarticus.*

Contraria. *Quia Caſtellani ſemper infeſti fuerunt Luſitanis, cum tamen eiuſdem legis, & Regis, & climatis ſint participes.*

FINIS.

C622
C155L